BERNHARDI LVDOVICI MOLLENBECII

ICTI ET PROFESSORIS PVBLICI
ORDINARII LONGE CELEBERRIMI
COMITIS PALATINI CAESAREI, NEC NON
SYNDICI ILLVSTR. LVDVVICIANAE
SPECTABILISSIMI

DE

SVBSIDIO CHARITATIVO

LIBERORVM ET IMMEDIATORVM IMPERII NOBILIVM.

Vom

Freywilligen Beytrag

derer unmittelbaren Reichs-Freyen von Adel

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI.

FRANCOFVRTI ET LIPSIAE

ANNO M DCC L.

9

Digitized by Google

DISPVTATIO IVRIS PVBLICI
DE
SVBSIDIO CHARITATIVO
LIBERORVM ET IMMEDIATORVM IMPERII NOBILIVM.

MENSE MAIO MDCCVII
PVBLICE DEFENSA
AB AVCTORE

IO. IACOBO HOECK,
ROTENBERGA-HASSO.

CAPVT PRIMVM
DE
SVBSIDIO CHARITATIVO IN GENERE, EIVSQVE ORIGINE.

SVMMARIA.

Temporibus antiquiſſimis collectarum impoſitionem fere incognitam fuiſſe: Reges, Principes, et Magiſtratus ſpontaneis ſubditorum oblationibus vixiſſe contentos. Ob-

A *lationes*

Digitized by Google

lationes voluntarias in tributa tandem abiiſſe: et quod voluntatis ab initio fuit, neceſſitatis effectum. Eſſe tamen adhuc hodie quaſdam oblationum ſpecies, antiquiſſimis aliquo modo ſimiles: demonſtratur exemplo Subſidii Charitatiui, quod Status Prouinciales Dominis Regionum ſubinde praeſtant: Item Subſidii Eccleſiaſtici, quod Ordinis Eccleſiaſtici magiſtratus deſiderare ſolent. Maxime vero Subſidii, quod Liberi et Immediati Imperii Nobiles exhibent: Cur Subſidium, et cur Charitatiuum dicatur: Quo tempore maxime inualuerit.

§. I.

TRibutorum, collectarumque onera (niſi quae publica neceſſitas extorſiſſet) antiquiſſimis temporibus fere incognita fuiſſe, hiſtoria abunde teſtis eſt. Scilicet patrimonio ſuo priuato et largitionibus, quas ſponte ſubditi offerebant, Reges, Principes et Magiſtratus contenti viuebant. Vt de aliis non dicam, de priſcis Germanorum certum eſt, quicquid penſitarunt, ſua ſponte conferre ſolitos fuiſſe, ſic namque Tacitus *de Moribus Germanorum*: *Mos eſt*, inquit, *ciuitatibus*, *vltro ac viritim conferre Principibus*, *vel armentorum*, *vel frugum*, *quod pro honore acceptum*, *neceſſitatibus ſubuenit*, et Lehmannus *Chron. Spirenſ. Lib.* 2. *Cap.* 17. ait: Es iſt bey denen Teutſchen von uhralten Zeiten pfleglich herkommen, daß ein jeder Unterthan ſeiner

ſeiner fürgeſetzten Obrigkeit Jährlich von denen Früchten, die er erbauet, und von ſeinem Viehe eine Verehrung ins Hauß, nicht aus Schuldigkeit, ſondern aus freyem Willen gethan, und hiemit ſeine gebührende Ehr und Danckbarkeit, gegen die, ſo ihnen Recht und Gerechtigkeit, Schutz und Schirm gehalten, zu erkennen geben. Item Cap. 39: Der Anfang aller Handlung auf den Jährlichen Reichs-Verſammlungen iſt dergeſtalt gemacht worden, daß ein jeder Fürſt und Stand, desgleichen alle Bothſchafften der Stände des Reichs, oder ausländiſcher frembder Potentaten, dem König, oder Käyſer, ſich mit einer Verehrung und Gab, ihrem Stand und Vermögen ziemlich gemäß erzeigt, davon die König ſich und ihren Hoff erhalten: Solche Verehrungen haben die Stände des Reichs doch nicht zur ordinari Hoffſtatt geliefert, ſondern wann der König die Jährlich Reichs- oder Cräyß-Tag gehalten, ſich des Reichs Unterthanen erzeigt, ihre Beſchwernüß und Klagen angehöret, denſelben mit Hülffreichung begegnet, und der eingefallenen Mängel und Gebrechen im Reich Verbeſſerung fürgenommen. Wann dann auf ſolchen Verſamlungen, der Königliche Fürtrag geſchehen, und die Stände ſich darüber in abſonderliche Räthe vertheilet, iſt der König, oder Käyſer inzwiſchen an dem Orth der allgemeinen Verſammlung, zu Empfahung der Verehrung, täglich erſchienen, und wann ein oder ander Stand ſich nach Gelegenheit mit ſeinem Praeſent eingeſtellt, haben ſie dieſelbe freundlich empfangen.

Pithoeus *in Annal. in vita Ludov. Pii Imp. Ann.* 827. ita: *Imperator porro compendii annua ſuſcipiens dona, his compertis ad ſupradictam marcham auxilia deſtinauit, ibid. ſtatuit calend. Iulii Wormatiam ad celebrandum generalem populi conuentum properare, Imperator ſecundum loci et temporis diſpoſitionem aduenit, de his, quae viſa ſunt, ſtudioſe tractauit, annua dona ſuſcepit, filiumque ſuum Lotharium in Italiam miſit.* Vnde vero ortum ſit, vt ſpontaneae oblationes tandem in tributa, collectasque abierint, exponit Dn. Ioh. Frider. Rhetius *de Antiquiſſima Ciuitatum Germanicarum Penſione, vulgo* Orbede *cap.* 2. *n.* 44. *Cum iam ex vicis vrbes condi et frequentius habitari coeperit, ſicque ad conſeruationem et in augmentum earundem, tum quoque in munera magiſtratuum inferiorum, qui iis praeerant, maioribus impenſis opus fuit, Reges et Principes ſpontaneis ſubditorum Oblationibus ſolum contenti eſſe non poterant, et magiſtratibus quoque ob politiae in vrbibus curam quid a ciuibus exigendum erat, Vectigalia, Cenſus, Tributa, Decimae inualuerunt.*

§. II.

Tametſi vero, quod ab initio voluntatis, poſtea ſic neceſſitatis effectum, und aus einer Erbiethung eine Gebiethung geworden: Weſenb. *Conſil.* 45. *num.* 11. et veriſſimum ſit, quod cum Anton. Perezio *ad l. vn. Cod. de Oblat. Votor. num.* 6. conqueritur Ahaſuerus Fritſchius *Comment. ad eand. Leg. Vnic. cap.* 3. *num.* 23. *Merito plebs noſtra, vt olim Romana queri poteſt ſe vectigalem factam, et onera ſibi impoſita eſſe* perpe-

perpetua. Nouae enim indies excogitantur oblationes, quae cum ad tempus tantum petantur, vbi conceſſae, tanquam debitae exiguntur, et ſingulorum facultates aeſtimantur, imo etiam eccleſiaſticorum, ſi quae ſubſit cauſa, ita, vt oblationes illae, quae initio erant liberae voluntatis, nunc ſint neceſſitatis et perennes; quod quoque de Francis ſuis et Hiſpanis ait Bodinus *de Republ. lib. 6. cap. 2. Quae initio Principibus dono data ſunt, vt honeſtius beatiusque familiam tuerentur, neceſſaria temporum decurſu euaſerunt, vt ea dona, quae ſuperiori aetate Regibus Francorum oblata ſunt a populo, quaeque ab Hiſpanis ſeruitia vocantur, hic et illic quaſi tributa neceſſaria nunc extorqueantur;* Negari tamen omnino nequit, etiamnum, maxime ad rogationem Dominorum, oblationes a ſubditis in ſubſidium quaſi ſponte et extraordinarie fieri, quae nec petenti ius certum, nec ſoluenti praeiudicium pariant, ſic; vt, quod Ludouicus I. Imperator ſubditos ſuos gratioſe monebat, *quod ſi propter lenitatem et manſuetudinem Comitis ſui, eidem Comiti honoris et obſequii gratia, quippiam de rebus ſuis exhibuerunt, non hoc eis pro tributo aut cenſu computetur, aut comes ille vel ſucceſſores eius hoc in conſuetudinem praeſumant*, vti ex Pith. *Annal. in conceſſione Hiſp. facta* refert Lehmannus *Chron. Spirenſ. lib. 2. cap. 17.* adhuc hodie ad caſus bene multos applicari valeat.

§. III.

Enimuero, quando Principes Statusque Imperii a ſubditis ſuis Subſidia quaedam extraordinaria ro-

 gant,

gant, ac ex more plerorumque Territoriorum et Regionum Germaniae, non ex arbitrio imponunt, ſed re communicata cum Statibus Prouincialibus, praeſentis neceſſitatis vrgentem rationem ob oculos ponunt, iſti vero praeſtationem caſui ſufficientem offerunt, in libertatis Germanicorum populorum memoriam et exemplum eſt, vti bene obſeruat praelaudatus Dn. Ioh. Frider. Rhetius *dict. Diſſert. c. 2. n. 65.* Ludolff. Hugo *de Statu Regionum Germaniae cap. 4.* Seckendorff im Teutſchen Fürſten-Staat *p. 2. cap. 4. n. 8. et in Additam. p. 24. circa fin.* Hinc nouum non eſt, quod paſſim in Receſſibus Prouincialibus, ſiue Landtags-Receſſen, talia verba legantur: Dieweil höchſtgedachte Ihre Hoch-Fürſtl. Durchl. aus ſonderbarer zu Dero Praelaten, Ritter und Landſchafften, tragenden gnädigſten Affection, gedachte Gelder, nicht als eine ordentliche Schuldigkeit, ſondern nur vor dieſesmahl, wegen jetztmahligen bey dero Fürſtl. Renth-Cammer vorhandenen Geld-Mangels, als eine freywillige Beyſteur, und als ein blooſſes Subſidium Charitatiuum, ohne einigen beſorgenden Praeiudiz, oder Conſequenz, gnädigſt verlanget; Als haben Praelaten, Ritter und Landſchafften, auf ſothaner gnädigſten Erklährung, ſich dahin verglichen, und aus unterthänigſter gegen Ihre Hoch-Fürſtl. Durchl. tragenden Deuotion, als eine freywillige Steur verwilliget ꝛc.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

Referri huc quodammodo poteſt *Subſidium Eccleſiaſticum*, quod Ordinis Eccleſiaſtici magiſtratus, Epiſcopus nempe, vel ſede vacante, Capitulum, aut Vicarii Generales, ſi ſpeciali mandato muniti ſint, imo etiam Praelati quandoque atque Abbates, a ſuis ſubditis, et ab ipſis etiam Clericis, et Eccleſiis dioeceſeos de fructibus et reditibus beneficiorum exigere ſolent, ſi iuſta et rationabilis cauſa ſubfuerit, v. g. Ob debita Epiſcopi pro Eccleſia contracta: Ob ſumtus in negotia Dioeceſeos: Ob caſtrum ad conſeruationem Eccleſiae emtum: Ob bellum Epiſcopo motum: Ob iter ad Papam vel Imperatorem, aut Concilium: Et quando reditus ad ſuſtentationem Epiſcopi non ſufficiunt. *vid. cap. cum Apoſtolus* 6. *X. de Cenſib. Exact. et Procurat. cap. conquirente* 16. *X. d. offic. iud. ordin. in fin. Clem. I. de Exceſſib. Praelat. cap. un. Extrauag. commun. de cenſib.* Sed, vtut ſuaui charitatis nomine ſemet haec contributio commendet, recte tamen iudicat Henricus Linckius *ad Tit. Decretal. de Cenſib. Exact. et Procurat.* §. 6. quod in effectu nil niſi onus neceſſario exſoluendum complectatur, dum recentiores Canoniſtae precibus quidem et cum charitate poſtulandum, rationabili tamen cauſa exiſtente, refractarios et renitentes etiam inuitos ad ſolutionem compellendos eſſe cenſent, etſi diuerſae hac de re olim extiterint opiniones. vid. Wagnereck. *ad. cap.* 3. *X. de Cenſib. Exact. et Procurat.* Ziegler. *ad Lancellot. Tit.* 2. §. *fin.* Menoch. *de Arbitr. Iud. quaeſt. Lib.* 2. *cent.*

2. *Caſ.*

2. *Caſ.* 178. Vaſquius *Illuſtr. Controu. cap.* 8. *num.* 3. Guid. Pap. *Deciſ.* 391. *num.* 3. *et ſeq.*

§. V.

Verior oblationum collectarumque voluntariarum ſpecies illa collatio eſt, quam Imperio noſtro Liberi et Immediati Nobiles exinde exſoluunt. Enimuero ſunt illi liberi, et ab omni, qua ordinariarum, qua extraordinariarum collectarum onere, immunes, et tamen, ſi, extrema neceſſitate premente, S. Caeſ. Maieſtas roget, neceſſitati ſuccurrunt, vt ſi vlla, certe haec penſitatio, *Subſidii Charitatiui* nomen mereatur; Vtique SVBSIDIVM eſt: Quemadmodum enim quicquid remedii atque auxilii loco eſt, et ſuſtinet ſiue ſuſtentat, recte *Subſidium* dicitur, (quo pertinet locus ap. Caeſar. 2. *Gall. cap.* 6. *Niſi Subſidium ſibi mittatur, ſe diutius ſuſtinere non poſſe*: et *Lib.* 3. *de B. C. cap.* 70. *His tantis malis haec Subſidia ſuccurrebant.* et *Lib.* 2. *de B. C. cap.* 20. *His difficultatibus duae res erant Subſidio.* vid. Cellar. *in Theſaur. Fabr. verb. Subſidium,*) ita et haec Nobilium collatio, ſi reliquorum Ordinum Imperii vel non ſufficiant, vel deficiant vires, vltimum quaſi auxilium pro bono publico praeſtat. CHARITATIVVM dicitur, quoniam ex mera charitate et amore in publicum bonum, humillimaque erga Caeſaream Maieſtatem deuotione, non ex praeciſa, qua ſubditi domino contribuere ſolent, neceſſitate et coactione (vti ſequentia pluribus docebunt,) proficiſcitur. Hinc ipſe Sacratiſſimus Imperator Leopoldus, glorioſiſſimae memoriae, in Reuer-

Reuerſalibus, quas Nobilitati Rhenanae et Wetterauicae die 30. Iul. Anno 1702 dedit, Subſidium hoc vocat einen freywilligen Beytrag. Neque incongrue Liebe-Geld vocari poteſt, vti oſtendit Wehnerus *in Obſeru. Pract. verb.* Lieb-Geld, et deſcribi poteſt, quod ſit oblatio voluntaria, quam ad clementiſſimas S. Caeſ. Maieſtatis preces, Nobiles Imperii immediati, ſumma exigente neceſſitate, acceptis literis Reuerſalibus, de non praeiudicando ipſorum immunitati, praeſtant.

§. VI.

Priſcis quidem temporibus, bello cum imperii hoſtibus gerendo perſonalia a Nobilibus liberis praeſtabantur ſeruitia, proque iiſdem ſtipendium ex aliis imperialibus collectis ipſis ſoluebatur. vid. Naucler. *in Chronograph. gen.* 43 *fol.* 957, Dattius *de Pac. Public. lib.* 3 *cap.* 6 *num.* 12. 14 *et ſeq.* Hinc cum Imperator Maximil. I. anno 1495 communem denarium a Nobilibus Immediatis quoque exigeret, Nobiles Sueuici et Franconici iſtum ſoluere ſubmiſſe recuſarunt, regerentes, quod tanquam liberi miniſteriales, non pecuniis, ſed corporibus contra hoſtes Eccleſiae et Imperii ſemper ſeruire ſoliti, et ita porro ſeruire parati ſint, atque ita immunitatem ſuam, quae tunc temporis ipſis peritura videbatur, felici admodum ſucceſſu conſeruarunt. Ad quam quoque immunitatem Nobilitas Sueuica non attentis requiſitionibus, et quod Status Imperii tantas collectas Turcicas promiſiſſent, annis 1594. 95. 96. 97. et 98 prouocauit, ſeque tunc

oneribus pecuniariis ſubiicere renuit. vid. Burgmeiſter, von des unmittelbaren freyen Käyſerlichen Reichs-Adels der dreyen Ritter-Cräyßen in Schwaben, Francken und am Rhein-Strohm, ſonderlich aber in Schwaben urſprüngliche Immunität, Praerogativen &c. pag. 27. Poſtmodum vero et maxime ſub Imperio Caroli V. res eo peruenit, vt loco horum ſeruitiorum perſonalium in bellis antea praeſtitorum, Charitatiua Subſidia ab iiſdem requiri, et erga Reuerſales, de non praeiudicando ipſorum immunitati, praeſtari coeperint. vid. Dn. Schvveder. *Introd. in ius Publ. Part. Special. Sect. II. cap.* 18 *num.* 5.

CAPVT SECVNDVM
SVBIECTVM ACTIVVM ET PASSIVVM SVBSIDII HVIVS CHARITATIVI EXHIBENS.

SVMMARIA.

Petitionem Subſidii huius Charitatiui ad Imperatorem, eiusque Reſeruata pertinere. Idem tamen de Rege Romanorum, in vita Imperatoris electo, dicendum eſſe. Vicarios quoque Imperii, tempore interregni, Subſidium hoc exigere poſſe, defenditur. Soluere Subſidium Nobiles Imperii Immediatos et Liberos. Cur ita dicantur. In quot Claſſes abeant. Quid de Nobilibus Alſatiae. Cur ſoli Nobiles ad Subſidium hoc inuitentur, ratio ex Conſtitutione Imperii affertur. Ciuitates Hanſeaticas quoque Subſidii huius ſubiectum eſſe, ex eadem Imperii Conſtitutione

tione oſtenditur. Quod Status Imperii contribuunt, Subſidii quoque Charitatiui nomine ſaepe inſigniri, ab hoc tamen Nobilium Subſidio diſtingui.

§. I.

PEtit exigitque hoc Subſidium Charitatiuum Imperator: Quemadmodum enim ſupremum Collectarum Imperii ius, vtut exercitio quodammodo reſtrictum, hodienum Caeſar habet, vti inter alios bene probat B. Dn. Textor *de Iur. Publ. Caeſareo Tit.* 12 *n.* 350 *et ſeq.* ſic etiam ſubſidiariae huius contributionis exactio eidem ſoli competit, vt inter Reſeruata eandem referendam eſſe non dubitem, prout quoque ex priuilegio aliquo Leopoldino probauit Inclutus in hac Academia ICtorum Ordo in Reſponſo, quod anno 1703 menſ. Septemb. in Sachen des Heil. Römiſchen Reichs ohnmittelbar-freyer Ritterſchafft Landes in Francken, Orths Rhön und Werra, contra Herrn Burgermeiſter und Rath der Käyſerlichen freyen Reichs-Stadt Schweinsfurth dedit, verb.: Darneben nicht allein des Ritterſchafftlichen Corporis, ſondern auch abſonderlich Jhro Käyſerliche Majeſtät, wegen des Ritterſchafftlichen Subſidii Charitatiui hohes Recht und Intereſſe hierunter verſiret, innaſſen von höchſtgedachten Aller-Durchlauchtigſten Käyſer Leopoldo, in dem der freyen Reichs Ritterſchafft in Schwaben, im Jahr 1680 ertheilten Priuilegio, das Ritterſchafftliche Quantum collectabile, ein wahres Käyſerliches Praecipuum, und zu dem Ritter-Dienſt auch ihres Eſtats Unter-

 halt

halt deſtinirtes Reſeruatum nachdencklich genannt wird ꝛc.

§. II.

De *Rege Romanorum*, in vita adhuc Imperatoris electo, quaeſtio eſt: *An exigere hoc Subſidium valeat?* Quod affirmandum arbitror, quoniam maieſtas, penes ipſum aeque ac Imperatorem, vtut non idem exercitium, reſidet, prout cum Schutzio *de Statu Rei Rom. D.* 5 *th.* 3, Illuſt. Dn. Lynck. de *Commiſſ. Imp. ad Negotia Status* §. 15, *et in Tract. de Grauam. Extraiud. cap.* 5 *Sect. I. n.* 16 contr. Limn. *in Addit. Poſter. ad lib.* 2 *Iur. Publ. cap.* 15 *pag.* 87, *et in Not. ad Artic.* 32 *Cap. Rudolph. II. pag.* 528 *num.* 18 *ſeqq.* Rumelinum *ad A. B. Diſp. I. theſ.* 7. aliosque, qui omnes diuerſimode ſentiunt, tueri conabimur. Probant hoc prologi Capitulationum Regiarum, quotquot hactenus aſpexerunt lucem, Maximiliani II. Rudolphi II. Ferdinandi III. Ferdinandi IV. et INVICTISSIMI IOSEPHI, verb. zu Ehr und Würde des Römiſchen Königlichen Nahmens und Gewalt erhoben, und geſetzt ſind, deren wir uns auch GOtt zu Lob, dem Heil. Römiſchen Reich zu Ehren, und umb der Chriſtenheit und Teutſchen Nation, auch gemeinen Nutzens willen beladen etc. Probat et vſus Regiae poteſtatis, quam ſuo nomine exercet für ſich ſelbſt, dum leges promulgat, Cammer-Gerichts Ordn. *in Prooem.* ibi: Setzen, ordnen, und wollen in Krafft berührter der Käyſerlichen Majeſtät Heimſtellung, auch für uns ſelbſt, als Römiſcher König, gebiethend

Digitized by Google

thend etc. R. A. et *Anno* 1542. *in Prooem.* ibi: im Nahmen und an ſtatt der Römiſchen Käyſerlichen Majeſtät, unſers lieben Bruders und Herrn, auch für uns ſelbſt. Plenitudine poteſtatis vtitur Königlicher Macht und Vollkommenheit, ap. Limn. *lib.* 2. *de iur. Publ. cap.* 15. *n.* 40. Comitia indicit, et cum plena poteſtate iisdem praeeſt. R. A. de *Anno* 1542. §. So hat demnach. Aliaque Iura et Regalia pro ea, qua pollet, poteſtate, exercere, Academias v. g. confirmare, Principes, Comites, Nobiles, Doctores creare poteſt. vid. C. G. O. *Part I. Tit.* 3. §. Desgleichen R. I. *de Anno* 1548. §. Wiewohl auch. ibi: Daß die Graffen und Herren, ſo kürtzlich ihre Dignität erlanget, ſollen in recognitionem praeeminentiae, ſo ſie von uns und unſerm freundlichen lieben Bruder, dem Römiſchen König, empfangen. Capitul. Ferdinand. IV. *art.* 44. ibi: inſonderheit aber die Diplomata, über derer Fürſten, Graffen und Herren Stände, auch Nobilitationes und Palatinaten, ſambt andern Freyheiten und Priuilegien, welche wir, als Römiſcher König, ertheilen werden. Nec minus Caput Imperii ac ipſe Imperator dicitur in R. I. *de Anno* 1555. §. Und im Fall. R. I. *de Anno* 1564. §. So unterſtunden ibi: Die Häupter. Interim quoniam quae totius Imperii adminiſtrationem ſtatumque concernunt, cum conſenſu et non niſi permiſſione Imperatoris, ſaltem ſi hic abſens vel impeditus ſit, exercere valet, ceu ipſi in ſuis Capitulationibus promittunt Reges: Sie wollen ſich keiner Regierung und Adminiſtration im Heil. Römiſchen Reich weiter oder

 anderſt

anderſt unterziehen, dann ſo viel ihnen das von Käyſerlicher Majeſtät vergönnet und zugelaſſen wird. vid. Capit. Ferd. IV. *art.* 47. Ferd. III. *art.* 49. Rudolph. II. *art.* 29. facile apparet, Subſidium quoque Charitatiuum, non niſi permittente Imperatore, a Rege Romanorum poſtulari poſſe. vid. Textor *de Iure Publ. Caeſareo Tit.* 5. *per tot.* vbi Regiam Regis Romanorum poteſtatem ſolidis argumentis profeſſa opera defendit.

§. III.

Non ignobilis quoque de *Vicariis Imperii* quaeſtio eſt: *An tempore interregni Subſidium hoc Charitatiuum exigere poſſint?* Enimuero ſi vicaria ipſorum poteſtas negotiis in A. B. expreſſis praeciſe conſiſtit, vti ſtatuit Limn. *Lib.* 3 *Iur. Publ. cap.* 12 *num.* 81 *ſeqq. item ad Capitul. Carol. V. art.* 3 *verb.* Pfaltz-Sachſen *num.* 15, *et Tom.* 5 *Iur. Publ. in Addit. Lib.* 3 *cap.* 12 *num.* 40, negandum hoc erit, quoniam in aurea illa conſtitutione Subſidii huius ne verbo quidem mentio fit, ſin poteſtas illa ad alia etiam non expreſſa ſe extendit, atque adeo generalis eſt, quod docuit Academiae huius quondam Cancellarius, B. Dn. Iuſtus Sinoldus Schutz *Coll. Iur. Publ. de Statu Rei Romanae Vol. I: Diſp.* 5 *th.* 12 *Lit. A. et Vol. II. Diſp.* 10 *th.* 2 *Lit. E.* exactio huius Subſidii etiam ad Vicarios ſpectabit. Et hoc puto verius. Carolus IV. enim Vicarios in genere prouiſores Imperii conſtituit, et propterea quicquid publica ſalus, vtilitas vel neceſſitas in interregno dictauerit, hoc omne, vi generalis huius commiſſae prouiſionis, ipſis commiſſum intelligitur, etſi in A. B. nomi-

nominatim expreſſum non fuerit. Quid enim, ſi pro ſalute ſua arma expoſcat Imperium, aut pro defenſione foedus cum potentiore deſideret? Quid, ſi pacem cum hoſte fieri, neceſſitas ſuadeat? an ius armorum, ius pacis, nomine Imperii exercendum, ideo Vicariis denegabimus, quod nominatim hoc A. B. non exprimat? Quid, ſi in ipſis viſceribus Imperii excitentur motus, ac Directores Ducesque Circuli officium non faciant? Quid, ſi res monetaria remedium efflagitaret praeſens? in his certe ſimilibusque poteſtatem prouidendi Vicariis ideo denegare velle, quia A. B. talia non dicat, procul dubio inconueniens fuerit. Praeterea ſi prouiſio Imperii ad ſola per A. B. expreſſa pertinet, cur interdictio alienationis rerum Imperii ſubiecta eſt? Sane haec ipſa ſubiuncta prohibitio, et interdicta feudorum Regalium inueſtitura argumentum praebet, commiſſam Imperii prouiſionem ad ea vnice iura, quae expreſſa ſunt, minime reſtringendam, ſed generalem eſſe, cum alias prohibitione illa opus non fuiſſet, dum omnis exceptio regulam ſupponit, quod etiam optime docet, diuerſum alias et a Limnaeo et Schuzio ſtatuens Textor *de iur. Publ. Caeſareo Tit.* 15. *n.* 253. *ſeq.*

§. IV.

Soluunt Subſidium hoc noſtrum Nobiles, qui immediate Imperatori et Imperio parent, nullique, quantum ipſorum perſonam attinet, Statui ſubſunt, indeque immediati et liberi, freye von Adel vocantur, quod ab Ordinum Imperii iuriſdictione liberi ſint, ſolum

lum Imperatorem pro ſuperiore recognoſcentes, weil ſie von anderer Herren Lands Obrigkeit gefreyet ſeyn, und Kayſerlicher Majeſtät und dem Reich allein mit Pflichten zugethan. R. I. Spirenſ. *de Anno* 1542. §. Dieweil aber etliche etc. Item *de Anno* 1555. §. Und in ſolchem Frieden ibi: Welche ohnmittel der Kayſerlichen Majeſtät unterworffen. Capit. Leopold. *art.* 3. *et* 10. Ioſeph. *artic.* 3. *et* 9. Notanter, *quantum ipſorum perſonam attinet*, dixi, quoniam ex perſonae immediata ſubiectione Nobilium libertas vnice aeſtimatur, nihilque immedietati officit, quod vel omnia quandoque bona a Principibus, Comitibusque Imperii feudi nomine recognoſcant, vel oneribus quibusdam ratione bonorum, quae in territoriis Statuum poſſident, ſubiecti ſint, cum hoc commune, cum multis etiam Principibus, Statibusque Imperii habeant, imo bonorum in territorio aliquo poſſeſſor, reali ſubiectione mancipatus, et ad onera realia (niſi exemtionem libertatemque priuilegio vel praeſcriptione liquido probare poſſit) adſtrictus ſit, etiamſi vel Regia dignitate emineat, vt docet Myler. *de Princ. et Stat. Imper. Cap.* 37. §. 2. add. Dn. Rhetius *Inſtit. Iur. Publ. Lib. I. tit.* 19. §. *II.* Maurit. *de Nobilit. inprimis Germanica* §. 29. Kreidem. von des teutſchen Adels, ſonderlich der freyen Reichs Ritterſchafft in Schwaben Staat und Stand *Quaeſt.* 10. *n.* 9. Limn. *lib.* 6. *Iur. Publ. cap.* 3. *n.* 3. *ſeq.* Dn. Schvveder. *Introd. in Ius Publ. part. ſpec. Sect.* 2. *cap.* 18. §. 2.

§. V.

§. V.

Immediatos hos Nobiles, ipſa, quae de Subſidio hoc Charitatiuo diſponit, Conſtitutio in R. I. *de Anno* 1542. §. Demnach haben wir etc. in tres claſſes diuidit, ibi: Die von Adel in dem Land zu Schwaben, Francken und am Rhein: quibus tamen verbis non omnes Nobiles, qui dictos tractus inhabitant, intelliguntur, vel immediatorum liberorumque nomine veniunt, ſed illi tantum, quorum nomina in matriculam, (de qua infra dicetur) ac qui in vnum cum reliquis corpus relati, in caſſam Nobilium (der freyen Reichs Ritterſchafft und Geſellſchafft) contribuunt, quoniam mixti cum immediatis, etiam mediati, Landſaſſen, viuunt, vti bene obſeruant Dn. Rhetius *Inſtit. Iur. Publ. lib. I. Tit.* 19. §. 14. Kreidemann. *d. tr. Qu.* 10. *n.* 9. Maurit. *cit. loc.*

§. VI.

Habet autem Vniuerſa Nobilitas Immediata Capitaneatus, ſiue loca ſua, dum FRANCONICA, (quae incipit zu Franckfurt am Mayn, hinunter auf dem Vogelsberg, nach dem Knoll, zu dem Sollings-Wald, an die Werra, dann diſſeit ſolches Fluſſes an den Thüringer und Böhmer Wald herumb, hinter dem Nortgau her, biß an das Rentfeld, und herwerts des Kochers die Jax hinab dem Neckar zu, gegen Wimpffen, von dannen nach Aſchaffenburg, und alſo den Mayn hinunter biß wieder nach Franckfurt: vti legitur in Priuilegiis Imperatoris Rudolphi II. quae extant apud Limneum *de*

Iure

Digitized by Google

Iure Publ. lib. 6 *cap.* 3 *num.* 49 *et* 50. *)* ſex numerat: (1) Odenwald, (2) Gebürg, (3) Rhön und Werra, (aliis Rohr und Weyden) (4) Steyerwald, (5) Altmühl, (6) Baunach, ſiue Buchen und Buchenau: SVEVICA quinque, (1) an der Thonau, (2) im Hegau, Algau und Bodenſee: (3) am Necfar, Schwartzwald und Ortenau: (4) am Kocher: (5) am Kriechgau: RHENANA vero (cuius diſtrictus in Priuilegio *Rudolphi II.* de Anno 1605, et a Glorioſiſſimo LEOPOLDO anno 1666 confirmato, ita deſcribitur: ſo ſeinen Anfang am Hagenauer Forſt gehabt, und ſich auf ſelbiger Seiten des Rheins, bis an das Ertz-Stifft Cölln erſtrecket, auf der andern Seiten aber des Rheins, des Orts gegen Mäyntz über, da der Mäyn in den Rhein fleuſt, anfähend, und daſelbſten den Mäyn hinauf bis gen Aſchaffenburg, von dannen wieder herumb auff Gelnhauſen, folgends auff den Lehnſtrohm, und von jetztberührten Strohm auff beyden Seiten den Weſterwald hinab, biß an das Land zu Bergen gehend,) tribus abſoluitur: (1) Ober-Rheinſtrohm, (2) Wetterau, (3) Nieder-Rheinſtrohm. vid. Beſold. *Theſaur. Pract. Voc.* Reichs-Ritterſchafft. Limneus *de Iur. Publ. lib.* 6 *cap.* 3. Sprenger. *Inſtit. Iur. Publ. Lib.* 2 *Cap.* 39.

§. VII.

Equidem Alſatiae Nobilium praefata Imperii Conſtitutio non meminit, quos tamen et ipſos immediatos eſſe probat Caſpar a Lerch. *de Ordin. Equeſtri fundam.*

fundam. 2 *ſumma* 53. *ap. Linn. in Addit. Prior. ad lib.* 6 *cap.* 3 *num.* 70 ibi: Der Elſaßiſche Adel iſt der Reichs und Käyſerlichen Immedietät, ſo im Unter-Elſaß von Eckenbach anfängt, und ſich untern Hagenauer Forſt erſtrecket, von Alters hero wohl beygethan, auch dieſer des heiligen Reichs freyer Adel mit ſeiner Reichs unzweiffentlicher Freyheit, beſondere Ritter-Dienſte, eigenen Anlagen, und habenden unter ſich ſelbſten Matricula verſehen: Und ſeynd ihre Priuilegia faſt in dieſem gleich mit andern Ritterſchafften in Francken, Schwaben und am Rhein-Strohm, dann ſie wegen der Zöll-Maud- und Wege-Geld ꝛc. item Dienſtbarkeit und Aufflagen, item Verhinderung Adelichen Freykauff, item Beed, Steur, Gebot, item Kräyß- und Reichs-Anlagen, item ihrer Gült, Steur- und Satzungs-Beſchwerden, und darauff geſetzter Beſſerung halber, wie auch Jagens, Hetzens, Beitzens, ſodann verkaufter Adelicher Güter Löſung, und Real und Perſonal-Arreſten wegen befreyet ſeyn. Interim hos in dicta conſtitutione non excludi, ſed ſub Rhenanis comprehendi, dicendum eſt, etiamſi ab his hactenus ſemet diſtinguere et ſeparatum collegium intendiſſe, referat Hippolytus a Treißbach in dem unvorgreifflichen Bedencken über etliche Fragen der freyen Reichs-Ritterſchafft Stand und Seſſion betreffend *pag.* 253. ibi: Als Anno 1510. 15 Maj. auff gemeinen gehaltenen Correſpondentz-Tag zu Eßlingen, auch etliche von der Elſaßiſchen Ritterſchafft erſchienen, und vermög eingebrachten Credentz-Schreiben, ſich anerbo-

then, mit zu berathſchlagen, was bey damahls gegenwärtigen geſchwinden Läufften, zu beſſer Sicherung des freyen Reichs Adels, anzuordnen, hat man allerhand Ordnung gepflogen, wegen ihres freyen Ritter-Stands Anzahl, auch welchem Ritter-Cräyß, (weilen derer nicht mehr als drey im Heil. Reich herkommen und bekandt geweſen,) ſie beygethan oder ſich noch beyzupflichten vermeynten: Aber als man vermerckt, daß ſie ſich keinem andern Ritter-Cräyß beyzuthun, ſondern ein abſonderlich Corpus beharrlich zu verbleiben gemeinet, iſt dero Werbung auff ſich ſelbſt gelaſſen, jedoch dabey die Vertröſtung gethan worden, da etwas die gemeine Wohlfarth und Beſchirmung geſammten Adelichen Wohlſtand berührend abſchiedlich geſchloſſen werden ſollte, ihnen ſolches, ſoviel thunlich, zu eröffnen und mitzutheilen. Enimuero cum immediati ſint, et aequalibus cum aliis iuribus, praeſertim libertate et exemtione a Collectis Imperii gaudeant, prout Caſpar a Lerch. *c. l.* teſtatur, quidni aequale cum aliis onus Subſidii Charitatiui ſuſtinerent. vid. Confirm. des Coniunctur-Receſs zu Mergentheim auffgerichtet Diui Ferdinandi III. Anno 1652. Item das Käyſerliche Diploma über des Ritterlichen Praedicats Erhöhung. Eiuſdem Ferdinandi III. Imp. des Reichs-freyen Ritterſchafften der Cräyßen, Viertel, Ritter-Orth, und Bezircken, im Land zu Schwaben, Francken, Rhein-Strohm und des Bezircks im Unter-Elſaß Anno 1654 ertheilet. Dn. Schweder. *Introd. in Ius Publ. Part. ſpec. Sect.* 2 §. 3. Limn. *de Iur. Publ. Lib.* 6 *cap.* 3 *num.* 70.

§. VIII.

§. VIII.

Quando vero ſaepe dicta Conſtitutio Imperii de Anno 1542. §. Demnach haben wir etc. mentioni Nobilium in dem Land zu Schwaben, Francken und am Rhein, haec verba ſtatim addit: Welche in den Anſchlägen des heiligen Reichs nicht begriffen ſind, tum inter alia rationem, cur ad voluntariam contributionem Imperii Nobiles inuitari debeant, ſubnecti arbitror, ſcilicet quod alias ab imperialium collectarum onere immunes exiſtant, nec in cataſtro reperiantur, et tamen ſummae aequitatis ſit, vt communi collationi ſe quodammodo ſubiiciant, weil dieſer Anſchlag, vti in proxime praecedenti §. legitur, zu Unterhaltung des Chriſtlichen Kriegs-Volcks, wider unſers heiligen Glaubens und Nahmens Erb Feind, den Türcken, zu Rettung des Chriſtlichen Bluts, auch zu Schutz und Schirm unſers gemeinen Vatterland Teutſcher Nation, und unſer aller Freyheit, Leib und Güter, nothwendig und Chriſtlich fürgenommen, hinc in §. ſeq. additur: Daß ſie in Betrachtung oberzehlter Urſachen, die ein jeder Chriſt, bevorab Teutſcher Nation, billich zu Gemüth und Hertzen führet etc. Hoc ſaltem, dum cataſtrationis mentionem facio, addere libet, quod de Nobilitate Suenica notabiliter refert Schilterus *Inſtit. Iur. Publ. Lib. I. Tit.* 22. *in fin.* eam Anno 1688. Menſe Febr. tale Decretum impetraſſe: Krafft deſſen dieſelbe in Schwäbiſchen Crayß zu recipiren, und das gantze Corpus vor ein einfa-

chen Römer-Monath ad Circulum et Imperium 100. fl. jedesmahl, aber auch zugleich an die Käyſerliche Hoff-Cammer, bey der Anlage, 200. fl. zu bezahlen haben ſolle, es ſeye gleich das Votum und Seſſion in Imperii Comitiis erhalten, oder nicht, nechſt dem ſoll auch dieſelbe mit einem anſehnlichen Verlehnen, der Käyſerlichen Hoff-Cammer, an die Hand gehen.

§. IX.

Illud quoque ex praefata Imperii conſtitutione de Anno 1542. minime praetereundum eſt, quod praeter Nobiles Immediatos etiam Ciuitates Hanſeaticae Subſidii Charitatiui ſubiectum exiſtant, ita namque cit. §. Demnach haben wir, legitur: Dergleichen auch die Han-und See-Städte, die nicht Chur-Fürſten, Fürſten, und andern Obrigkeiten, ohne Mittel, unterworffen und zugehörig ſeynd, und in des Reichs Anſchlägen nicht belegt werden ꝛc. Quibus verbis tamen non omnes Ciuitates Hanſeaticas, vtique non Imperiales, in matricula extantes, et quibus taxa, vt reliquis Statibus aſſignata eſt, intelligi, ipſa litera docet. Sed de ciuitatibus hiſce ſollicitum eſſe, forte non eſt operae pretium, cum exigua foederis, quo fuerunt coniunctae, rudera ſuperſint, vtut penitus illud ſublatum eſſe, dicere non auſim. vid. Dn. Rhetius *Inſtit. Iur. Publ. lib.* 2. *Tit.* 22. §. 4. Joachim Hagemeier *Tract. de Foedere Hanſeatico.* Dn. Schvveder. *Introd. in Ius Publ. Part. ſpec. Sect.* 2. *cap.* 9. §. 7.

§. X.

Digitized by Google

§. X.

Dixi, non Status Imperii, ſed Nobiles Imperii Immediatos, ciuitateſque Hanſeaticas Subſidium Charitatiuum praeſtare. Equidem non nego Statuum quoque contributionem extraordinariam, v. g. auxilium Turcicum, Subſidii voluntarii et Charitatiui nomine ſaepe inſigniri, ipſeque Imperator Rudolphus II. Anno 1594 in Triplica ad Status, punctum Expeditionis Turcicae concernente, fatetur, daß aus dem heiligen Reich groſſe und anſehnliche Hülffe erfolget, gleichwohl aus keinen Pflichten, oder Schulden, ſondern aus freywilligen Chriſtlichen Mitleyden und Antrauen, dem gröſten Verderben vorzubauen, und iſt jedesmahl im Reich verhütet worden, daß man ſolchen Krieg gegen den Türcken nicht des Reichs eigen, und ſich darüber zu Tributariis machen. vid. Ahasuerus Fritſch. *Elect. Iur. Publ. part. I. cap.* 12. §. 2. In eo tamen Electorum, Principum, ceterorumque Subſidium, a Nobilium Subſidio differre videtur, quod hi per literas ad ſingula Nobilitatis corpora transmiſſas de ferendis ſuppetiis rogentur, et vbi quid exſoluerunt, literis reuerſalibus de non praeiudicando, ipſis caueri ſoleat, prout quoque in ſaepe allegata conſtitutione Imperii de Anno 1542. §. Demnach haben wir, ſubiungitur, mit dieſer genädigen Vertröſtung und Vergewiſſerung, daß ihnen ſolches an ihren Freyheiten, alten Herkommen, und Gebrauch, künfftiglich in allweg unvorgreifflich und unnachtheilich

theilich ſey, quod de Statibus eodem plane modo aſſeri vix poteſt: Vt taceam Subſidium Statuum iuxta taxam in conſtitutionibus cuique aſſignatam plerumque menſurari, iſt ihnen ihr gewiſſer Anſchlag aufferlegt, cum noſtrum, de quo agimus, Subſidium in ſingulis fere Nobilibus pro ratione temporum admodum variet, et a conuentione magis quam lege dependeat. Sprenger. *Lucern. Imper. cap.* 3. *pag.* 227. *ſeq.* vtut Limn. *Tom.* 4. *ad lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 24. parum aut nihil differentiae inter contributionem Statuum extraordinariam, et Subſidium Nobilium Charitatiuum, ſubeſſe ſtatuat.

CAPVT TERTIVM
FORMAM ET DIFFERENTIAM SPECIFICAM SVBSIDII HVIVS EXPLICAT.

SVMMARIA.

Modus petendi Subſidii huius Charitatiui refertur. Formam et Specificam differentiam Subſidii huius, qua a ceteris Imperii Contributionibus diſtinguitur, in duobus conſiſtere. Subſidium hoc non niſi ſumma Imperii noſtri vrgente neceſſitate peti praeſtarique ſolere. Reliquorum Imperii Ordinum Collectas etiam ordinariam cauſam continere. Quod Declaratione Nobilitatis Rhenanae illuſtratur. Subſidium hoc voluntarium, non coactiuum, eſſe. Probatur Priuilegio Imperatoris Ferdinandi I. Item Reuerſali-

uerſalibus, quas impetrato Subſidio Imperatores dare ſolent. Referuntur Reuerſales Anno 1722. Nobilitati Rhenanae et Wetterauicae datae. Tenor Reuerſalium, quas nuperrime ab Inuictiſſimo IOSEPHO Nobilitas Franconica accepit. Vtut voluntarium, non coactiuum Subſidium ſit, Nobiles tamen non decere, vt ſe difficiles praebeant.

§. I.

Modum petendi Subſidii huius Charitatiui hunc eſſe, prodit Creidemannus *tr.* von des Teutſchen Adels, ſonderlich der freyen Reichs-Ritterſchafft in Schwaben, Staat und Stand, *Quaeſt.* 4. *num.* 83. et poſt eum Mauritius *Diſſert. de Nobilitate inprimis German. theſ.* 51. (1) Scribere Imperatorem ad Capitaneos, Directores, Conſiliarios et Selectos Nobiles, (2) exponere grande periculum, toti Imperio imminens, ac (3) quantum Imperii Status contribuere promiſerint: (4) Petere etiam ab ipſis auxilium et Subſidium Charitatiuum: (5) Deputari Caeſareos Commiſſarios, hos (6) conuentum Nobilium deſiderare, vt iuſſa exponant: (7) Denominari a Directoribus, Conſiliariis, et Deputatis diem et locum, vbi Caeſarei Commiſſarii audiantur, omnia perpendantur, et conſultentur: Demum (8) certum quid loco Subſidii promitti, ac (9) contribuere Nobiles et eorum ſubditos, donec promiſſam ſummam conficiant: Hanc (10) Caeſareis Commiſſariis receptis apochis ſeu ſolutae pecuniae teſtimoniis exſolui, et denique (11) Nobiles literas Reuerſales de non praeiudicando ipſorum immunitati petere, quae deinde (12) ſub manu

aut ſaltem Sigillo Caeſareo (variari enim hac in parte exempla in §. 5. relata probant) expediuntur.

§. II.

Ex his duo potiſſimum obſeruanda eſſe arbitror, quae fere formam et differentiam ſpecificam, Subſidii huius, qua a ceteris Imperii Contributionibus diſtinguitur, abſoluunt: primo, quod non niſi ſumma Imperii noſtri vrgente neceſſitate peti praeſtarique ſoleat, cum reliquorum Imperii Ordinum Collectae, non extraordinariam ſaltem, ſed et ordinariam quoque cauſam contineant. Hinc cum in Conuentu Francofurtenſi Anno 1702. Glorioſiſſimus Imperator LEOPOLDVS Subſidium Charitatiuum ab immediata Nobilitate Rhenana clementiſſime peteret, haec ſequenti modo humillime ſe declarauit: Was auf der Röm. Käyſerl. Majeſt. Unſers allergnädigſten Herrns allergnädigſten Befehl Dero Rath und allhieſiger Reſident, Herr Georg Ludwig von Völcker, anweſenden deputirten Räthen und Außſchüſſen des Reichs ohnmittelbahrer freyer Ritterſchafft am Rhein, wegen eines abermahligen Subſidii Charitatiui vor- und anbracht, auch ſchrifftlich übergeben, ſolches haben dieſelbe alles Inhalts wohl verſtanden, und in gehörige Deliberation gezogen. Nun werden dieſelbe nicht unterlaſſen, von dem beſchehenem Anbringen denen ſämbtlichen Mitgliedern forderſame Eröffnung zu thun, auch vermög deren Correſpondentz-Receſſen de Annis 1582. 83.

Digitized by Google

1582. 83. 96. 97. et 99. und der bißherigen Obſervantz mit denen beeden andern Ritterſchafften Communication zu pflegen, wünſchen jedoch von dem Allerhöchſten, daß Ihr. Kayſerl. Majeſt. und Dero Durchlauchtigſtes Ertz-Hauß zu denen durch rechtmäßige Succeſſion auf Sie devolvirten Hiſpaniſchen Landen annoch durch fried- und ſchiedliche Wege gelangen, und die allgemeine Ruhe in Europa, bevorab in dem geliebten Vaterland Teutſcher Nation erhalten werden möge; Solte aber das in der Aſchen glimmende Feuer, nach Göttlicher Verhängnuß, gleichwohl endlich außbrechen, ſolchen unglücklichen Falls träget zu Ihr. Kayſerl. Majeſt. gemeine Rheinländiſche Reichs-Ritterſchafft die allerunterthänigſte Zuverſicht, es werde mit dem jetzo allergnädigſt angeſonnenen Subſidio Charitativo eine andere Intention und Meinung nicht haben, als daß Ihr. Kayſerl. Majeſt. daſſelbe erſt alsdann erwarten wolle, wann das Heil. Römiſche Reich entweder von der Cron Franckreich feindlich angegriffen werde, oder auch das geſambte Reich eine abermahlige Kriegs-Declaration gegen Franckreich, oder andere Aggreſſores, oder Turbatores, zu reſolviren genüßiget ſeyn mögte, geſtalten die Requiſitiones einiger Charitativ-" Subſidien, oder Geld-Hülffen, von Uhralten " und allen Zeiten von denen glorwürdigſten " Kayſern niemahlen anders, als in angetrun-"

„genen gemeinen Reichs-Nöthen geſchehen, „noch auch von denen Ritterſchafften eingewil„liget worden; Allermaſſen dann auf jetzt-berührten Fall eines erfolgenden Reichs-Kriegs, obgedachte Ritterſchafft des Rheiniſchen Bezircks allerunterthänigſt willig iſt, Dero Gehorſam, mit fernerer Darſetzung Guths und Bluts, nach übrigen und allem Vermögen zu erweiſen ꝛc.

§. III.

Alterum, quod Subſidium hoc ab aliis Imperii Collectis diſtinguit, eſt, quod voluntarium ſit, nec illam ipſam praeciſam, quam aliae imperiales Collectae, praeſtandi neceſſitatem contineat; prout enim quaecunque collatio, quae ad preces et ex mera charitate proficiſcitur, voluntaria eſt, nec in futurum praeſtantem obligat: *arg. Princ. Inſt. verb. nemo innitus cogebatur praeſtare id, de quo rogatus erat. de Fideicomm. Hered.* Brunnem. *conſ.* 163. *num.* 107. ibi: Worauß zu ſehen, daß alles, was hiebevor bewilliget, nicht *ex debito*, ſondern nur *charitatiue*, und gleichſam *ex liberalitate precario* geſchehen iſt, *id quod in futurum non obligat, et porro num* 12. ibi: Alſo kan ſich auch die *Regula, quod immunis ſemel ſoluens Collectas priuilegio ſuo renunciaſſe cenſeatur*, gleich wie die *Profeſſores* zur Zeit, da *Anno* 1628. das Käyſerliche Kriegs-Volck in der Stadt gelegen, ein *certum quid* gewilliget haben, hier nicht *appliciren* laſſen, wie vor gedacht, ſo iſts allein nur *charitatiue* geſchehen,

ſchehen, und ein *Subſidium Charitativum a vicino magiſtratu illo caſu promiſſum* geweſen, *quod in futurum*, wie erzehlet, *non obligat, nec ad futuros caſus extendi poteſt*; ita et hoc, de quo agimus, ſubſidium non coactiuum, ſed voluntarium eſſe, indeque Nobiles ad illud praeſtandum praeciſe cogi non poſſe, recte Doctores ſtatuunt, inter alios Hippolitus a Treisbach im unvorgreifflichem Bedencken über etliche Fragen der freyen Reichs-Ritterſchafft zu Schwaben, Francken und am Rhein Strohm Stand und Seßion betreffend *Quaeſt.* 2. *n.* 244. verbis: Und ob ſie wohl auch auf die äuſſerſte des heiligen Römiſchen Reichs Nothfällen, und ſonderlich des Erb-Feindes Chriſtlichen Nahmens feindliches Beginnen umb ein mitleydentliche Beyhülffe erſucht werden: So ſind ſie jedoch, wie andere Stände des heiligen Reichs, nicht darzu verbunden. Knipſchild. *de Nobil. Immed. Lib.* 3. *Cap.* 7. *num.* 161. *ſeqq.* Maurit. *de Nobilit. German. theſ.* 51. Itterus *de Feud. Imperii cap.* 21. §. 22. vid. Rec. Imp. Spirenſ. *de Anno* 1542. §. Demnach haben wir. Hinc eſt, quod non per modum praecepti, multo minus vi quadam, ſed ſemper blandis amicisque verbis cum illis de Subſidio actum fuerit, haut ſecus (vti Itterus *cit. loc.* obſeruat) ac quando exteri, nulloque ſubiectionis vinculo Reipublicae noſtrae deuincti Reges, atque Principes, ad ferendas ſuppetias, intuitu communis periculi, quod a Turcarum copiis, praecipue quidem noſtris, mox et ipſorum finibus imminet, inuitantur, prout inter alios in Receſſu Imperii *de Anno* 1500. *tit.* Wie

 man

man mit den Königen zu Hungern, und Poland, den Türcken halben, handeln ſoll, et Tit. Wie man mit andern Chriſtglaubigen Königen handeln ſoll; mox ſubiungitur titulus, was man mit den Ritterſchafften zu Francken, Schwaben und am Rhein handeln ſoll.

§. IV.

Libet, vt maiorem haec Nobilium immunitas libertasque lucem accipiat, ipſum Ferdinandi I. Priuilegium, quod Norimbergae die 27. Aug. Anno 1542. Nobilitati Rhenanae et Wetterauicae conceſſit, et a ſequentibus Imperatoribus toties confirmatum eſt referre, quod ita apud Limneum *de Iur. Publ. lib.* 6. *cap.* 3. et Knipſch. *d. cap.* 7. *num.* 166. legitur: Wir Ferdinand von GOttes Gnaden, Römiſcher König, zu allen Zeiten etc. Bekennen und thun kund Männiglichen mit dieſem offenen Brieff, als Wir an Statt und im Nahmen Unſers lieben Bruders und Herren, auch für uns ſelbſt, Unſere und des heiligen Reichs Liebe Getreue, gemeine Ritterſchafft und Adel am Rhein, auch der Burg Friedburg und Gelnhauſen in der Wetterau, wieder gemeiner Chriſtenheit Erbfeind, den Türcken, umb Hülffe zu dem vorgenommen Chriſtlichen, und von den Ständen des Reichs verordneten und bewilligten Zug, gnädiglich erſuchen laſſen. Und wiewohl bemeldte von der Ritterſchafft und Adel am Rhein von Al-

Digitized by Google

ters hero, als freye Perſonen, dieſer und derſgleichen Beſchwerden und Anlagen entladen geweſt; So haben ſie doch zu Wiederſtand des Erbfeindes unſers wahren Chriſtlichen Glaubens und Nahmens, auch hochgedachter Römiſcher Kayſerlichen Majeſtät, und uns, zu unterthänigſter Willfahrung, disfals ihre mitleydliche Hülffe zu thun, unterthänigſt und guttwillig bewilliget. Und derowegen alſobald ihre Unterthanen, nach Ordnung und Ausweiſung unſers zu Speyer dieſes lauffenden Jahrs ausgegangenen Mandats, in Geld belegt, daſſelbe von ihnen eingezogen, und ſambt ihren ſelbſt mitleydentlichen Hülffgeld alles überantwortet. Daß wir demnach im Nahmen obbemeldter Römiſcher Käyſerlichen Majeſtät, und für uns ſelbſt, zugeſagt und verſprochen haben, und thun das wiſſentlich, und in Krafft dieſes Brieffs. Alſo und dergeſtalt, daß ihnen der gemeinen Ritterſchafft und Adel am Rhein dieſe ihre getyane Bewilligung, auch Begnügung und Erlegung deroſelben Hülffe an ihrer Exemption, habenden und von Alters wohlhergebrachten Gebrauchen, Freyheiten, Rechten, und löblichen Herkommen, jezt und hinführan nicht allein ohn allen Schaden und Nachtheil ſeyn und bleiben, ſondern ihnen auch gegen Kayſerl. Maieſtät, uns und unſern Nachkommen am Reich und ſonſt gegen allermänniglich, keinen Nachtheil,

theil, Eingang oder Schaden gebähren ſoll. etc. etc.

§. V.

Sed et Reuerſales, quarum in praeced. §. I. memini, exemtionem hanc firmant, et voluntarium magis quam coactiuum hoc Subſidium eſſe comprobant: Sic Nobilitas Rhenana et Wetterauica Anno 1702. a Glorioſiſſimo LEOPOLDO ſub Sigillo Caeſareo manuque Cancellarii has Reuerſales accepit: "Der „Röm. Kayſerl. Majeſt. Unſers allergnädigſten „Herrn, iſt mit mehrerm in Unterthänigkeit vor„getragen worden, was maſſen Deroſelben die ohn„mittelbahre freye Reichs-Ritterſchafft des Rhei„niſch- und Wetterauiſchen Bezircks, bey gegen„wärtigen ſchweren Zeiten, einen freywilligen Bey„trag per fünffzehen tauſend Gulden, allergehor„ſamſt eingewilliget habe; Gleich wie nun Ihre „Kayſerl. Majeſt. an dieſem Ihro beſchehenen An„erbiethen, ein allergnädigſtes Wohlgefallen tra„gen, und ſich gnädigſt verſehen, daß obwohl be„deutete Ritterſchafft Ihr verwilligtes Quantum „in bedungener Friſt abzuführen, ſich angelegen „ſeyn laſſen werden, und Ihro allenfalß Macht „und Gewalt ertheilen, gegen diejenige Ritterknech„te, welche ſich etwa in Abtragung ihres Antheils „ſaumig oder wiederſpänſtig bezeigen würden, mit „würcklicher Execution zu verfahren; Alſo thun „Ihre Kayſerl. Majeſt. ſich auch hinwieder gegen „Sie Löbl. Ritterſchafft des Rheiniſch- und Wetter-

auiſchen

„auiſchen Zircks, Krafft dieſes in Kayſerl. Gnaden „erklähren, daß vorbeſagte Dero Geld-Verwilli- „gung an Ihrer Exemption, habenden und von Al- „ters wohlhergebrachten Gebräuchen, Freyheiten, „Rechten und Herkommen, jetzt und inskünfftig „ohne allem Schaden und Nachtheil ſeyn und blei- „ben, auch Ihnen weder bey Ihrer Kayſerl. Ma- „jeſt. und Dero Nachkommen am Reich, noch ſonſt, „einigen nachtheiligen Eingang oder Schaden zu- „fügen ſolle: maſſen dieſelbe deſſen auß Kayſerl. „gnädigſtem Befehl, durch gegenwärtiges Decre- „tum, beſtens verſichert wird, und verbleiben Ih- „re Kayſerl. Majeſt. Deroſelben benebens mit Kay- „ſerl. Gnaden wohlgewogen. Signatum zu Wien, „unter allerhöchſtgedacht Ihrer Kayſerl. Majeſt. „hervorgetruckten Kayſerl. Secret-Inſiegel, den „dreißigſten Iulii Anno Siebenzehenhundert und „zwey.

G. von Kaunitz.

(L. S.)

C. F. Consbruch.

Nobilitas vero Franconica ſub propria manu Sacratiſſimi IOSEPHI (cui DEVS Vitam et Victoriam!) his Reuerſalibus ſuperiori Anno donata eſt: Wir JOSEPH von GOTTES Gnaden etc. etc. Bekennen hiermit und thun kund Jeder- männiglichen; Nachdeme Wir durch Unſere darzu deputirte geheime Räthe mit denen von

 Unſe-

Unſerer und des Reichs ohnmittelbahren Ritterſchafft der Orthen Landes zu Francken, an Uns abgeordneten Gevollmächtigten, Chriſtoph Henrich von Schönfeldt, und Johann Alexander Segz, wegen des bey nahe fortwehrenden koſtbahren Reichs-Krieg, zu gegenwärtigen Nothdürfften des Vaterlandes, an Sie geſonnenen Charitativ-Beytrags, Handlung pflegen laſſen; und dann gedachte Ritterſchafft, nach vielen hin und her beſchehenen Vorſtellungen, zu Bezeugung Dero treu-gehorſamſten Devotion, ſich endlich entſchloſſen, und durch gemeldte Ihro Gevollmächtigte allerunterthänigſt erklähret, loco Charitativi, für diß inſtehende Hybernale 85000 fl Reichs-Wehrung in dreyen unterſchiedenen Friſten, als $\frac{1}{3}$ den letzten Octobr. 1706. das zweyte mit Ausgang Febr. und das dritte und letzte $\frac{1}{3}$ im halben Maii künfftigen 1707. Jahrs in Nürnberg erlegen zu wollen, daß Wir ſolche treu-gehorſamſte Erklährung mit gnädigſter Zufriedenheit angenommen, und ermeldter Ritterſchafft aller 6. Orthen allergnädigſt zugeſagt, und verſichert haben, auch hiermit zuſagen und verſichern, daß Sie ſambt und ſonders das gantze Jahr hindurch, von jetzo lauffenden Novembri anzufangen, aller Einquartirung, auch Stand- und Refraichir-Quartieren, ſowohl von Unſeren eigenen, als derer Ständen und Alliirter Militz, wie auch von Heu, Stroh und dergleichen an Geld oder in

natura

natura abzuführen ſtehenden Praeſtationen, nicht minder von Proviant- und Artillerie-führen und anderen ſolchen Zumuthungen in Corpore, gäntzlich befreyet, oder, da dieſelbe etwas, viel oder wenig, gegen Vermuthen, daran tragen und leyden müſte, ſolches ſogleich an obbenandtem Charitatiu in Abzug gebracht; Jngleichen auch vorbeſagte Dero Einwilligung an Ihrer Exemtion habenden, und von Alters wohlhergebrachten Gebräuchen, Freyheiten, Recht und Gerechtigkeiten, jetzt und inskünfftige ohne Schaden und Nachtheil seyn und bleiben, und weder bey Uns, Unſeren Nachkommen am Reich, noch ſonſten einig nachtheiligen Eintrag noch Schaden gebähren ſolle. Zu Uhrkund haben Wir dieſen Receſs eigenhändig unterſchrieben, und Unſer Kayſerl. Secret-Jnſiegel aufftrücken laſſen; Der geben iſt in Unſer Stadt Wien den 17. Nouembr. Unſerer Reiche 2c. 2c.

IOSEPH.

(L. S.)

Ad Mandat. Sacrae Caeſ.
Maieſt. proprium.

Vt Friedrich Carl Graff
zu Schönborn.

§. VI.

Tametſi vero praecepto ad hoc Subſidium Nobiles cogi non ſoleant, ſi tamen extremi gradus

 neceſ-

neceſſitas et ingens ordinariorum redituum defectus adſit, neque etiam Collectae ab ordininibus imperii exſoluendae vtilitati publicae ſufficiant, ſic vt laboranti patriae, niſi in ſubſidium vocentur Nobiles, ſuccurri non queat, vtique ne difficiles ſe ſubſidio ſuo praebeant, ſumma aequitas iubet atque praecipit, maxime cum communis ſalutis defenſio ad ipſius ordinis Nobilium conſeruationem pertineat. Klock *de Contrib. cap.* 14. *n.* 45. Itterus *de Feud. Imper. cap.* 21. §. 22. hinc in Receſſu Imperii de Anno 1500. ſub. tit. Was man mit den Ritterſchafften etc. legimus: Wir, oder der, ſo an unſer Statt ſitzen wird, und unſer verordnet Regiment, ſollen und wollen auch mit der Ritterſchafft zu Francken, Schwaben, und Rhein Landen, ernſtlich handeln und reden laſſen, zu obangezeigtem Chriſtlichen Fürnehmen, auch zu Beſchirmung des heiligen Reichs, dieweil ſie umb ihrer Vorfahren Verdienſt willen, von demſelben Reich ihr Ehr und Würde, auch den mehren Theil ihres Guts haben, ihre getreue Hülffe, wie ihnen, als Chriſtglaubigen Rittern und Knechten des heiligen Reichs, wohl anſtehet, zu thun.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM
QVOMODO SVBSIDIVM CHARITATIVVM NOBILES COLLIGANT.

SVMMARIA.

An neceſſe ſit, omnia membra Nobilitatis in Subſidia Charitatiua conſentire, an vero plurima vota concludant? diſtinctione deciditur. Singulos Nobiles ratam ſuam ad Subſidium Charitatiuum conferre pro ratione bonorum, prout in matricula Nobilium deſcripta extant. Praeſtari Subſidia iuxta communem denarium. In colligendo Subſidio Nobiles beneficio Subcollectationis vti. Bona Nobilium pro vno corpore inſeparabiliter haberi, et tertios illorum poſſeſſores ad Subſidium teneri. Etiam Principem ſi bona Nobilium ſibi comparet, ad Subſidium concurrere debere oſtenditur. Remouentur dubia. Tametſi ad cataſtrum Status alicuius Imperii bona Nobilium fuerint relata, adhuc tamen caſſae Nobilitatis illa adhaerere, et Subſidium inde exſoluendum eſſe, praeiudicio firmatur. Quaeritur de bonis feudalibus, an, ſi ad Dominum rurſus fuerint deuoluta, hic Collectas illas, quas Vaſalli interim ad caſſam Nobilitatis feudi nomine contulerunt, continuare, et quoties Subſidium Charitatiuum fuerit promiſſum, ipſe quoque ratam ſuam conferre debeat? quod affirmatur, ſi de feudis oblatis ſermo ſit. An idem in feudis datis obtineat, examinatur. Si Ordo Equeſtris oblatum, dominus vero datum eſſe feudum praetendit, cui probatio incumbat. Si Comitis dignitate mactetur Nobilis, inque Statuum numerum recipiatur, ac bona in Comitatum vel Baroniam erigantur, bona, quae Ordini Equeſtri libero ſemel incorporata ſunt, a Subſidii Charitatiui onere neuti-

 quam

quam liberari. Nobilem in diuerſis diſtrictibus bona poſſidentem non in loco domicilii omnium iſtorum bonorum nomine, ſed in ſingulis circulis ſeu diſtrictibus, vbi bona ſita ſunt, contribuere teneri. In Colligendo Subſidio Charitatiuo non vnice ad bona, ſed maxime ad illorum fructus, et quantum commodi inde percipiat Nobilis, reſpiciendum eſſe.

§. I.

Conſequens eſt, vt de modo, quem Nobiles in colligendo ſoluendoque Subſidio obſeruant, inſtituatur tractatio, qua in re ſtatim occurrit quaeſtio: *An neceſſe ſit, omnia membra Nobilitatis in praetenſa Subſidia conſentire, an vero plurima vota concludant?* Enimuero ſi de promittendo ſaltem Subſidio Charitatiuo eiusque quantitate quaeſtio ſit, maioritati votorum omnino ſtandum eſt, ſin vero de conceſſi placitique Subſidii diſtributione agatur, maiorem Nobilitatis partem ſingulos non obligare arbitror. Cum enim Subſidia Nobilium totius periclitantis Imperii ſalutem (vti in praecedenti cap. 3. §. 2. dictum eſt) ſpectent, eadem, vt quilibet Nobilis agnoſcat, ſi maior iam collegii pars conſenſerit, ſumma aequitas poſtulat, dum onera Reipublicae agnoſcere et ſubire, cuilibet ciui iuſtitia diſtributiua imperat. Strauch. *Diſſ. Exot.* 7. *th.* 3. H. Grot. *de I. B. et P. lib.* 2. *cap.* 5. *et* 17. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 28. Stamler *de Reſeruat. Imp.* §. 30. *n.* 7. et ſatis probat Priuilegium ab Imperatore Rudolpho II. conceſſum, quod in §. 5. allegatum eſt, ibi: Zu des Ritterſchafftlichen Weſens per maiora unter ihnen bewilligten Anlagen ꝛc.

Aſt

Aſt vbi de proportione ſaltem et partitione Subſidii agitur, durum foret, ſi quod maior pars ſingulis imponit, pars minor praeciſe deberet habere ratum, cum quantum ſinguli pro virili conferre valeant, ipſi optime et ſaepe ſoli quandoque nouerint: Vnde non abs re eſt, quod in ſimili controuerſia de Collectis imperialibus (quae in conuentu Osnabrugenſi ad proxima comitia remiſſa, in illis vero Ann. 1653. et 54. Ratisbonae habitis, magno licet ſtudio ventilata, indeciſa remanſit) Senatus Ciuitatum attulit apud Limnaeum *in Addit. poſter. ad lib. 9. cap. I. n. 182.* Es ſeye nicht nur wider die Vernunfft, ſondern auch wider die Chriſtliche Liebe, daß der *Tertius* aus eines andern Seckel *votiren*, und mit ſeiner Stimme ihm vorſchreiben ſolle, was und wie viel er beytragen, und zur Reichs-Anlage geben ſolle, *cum iniquum ſit per impoſitionem Collectarum, inopiae noſtrae aliorum votis praeiudicium creari, praeſertim ab illis, qui minus onus ſuſtinent, et exiguae quantitatis Collectam ſoluunt:* Item lauffe es *contra proportionem geometricam*, und die Natur und Eigenſchaft der *Collecten* oder Anlagen, als welche *ſecundum as et libram*, und nach eines und des andern Standes Vermögen angelegt werden ſollen: Scheine auch der Reichs *Libertät* und Freyheit ſehr zuwider, daß ſie wider ihren Willen und Vermögen *indiſtincte* in den *Collectis Voluntariis* an die mehrere Stimmen ſolten gebunden ſeyn, und alſo *deterioris conditionis*, als die Land- und *Municipal*-Stände ſeyen, als welche von ihrer hohen Lands- oder Gerichts-Obrigkeit gebührlicher maſſen,

maſſen, mit Beybringung ihrer Angelegenheit, vorhero erſuchet, und dann nach ihrem Vermögen angelegt, aber *vltra vires* und *ex alterius conſtatus arbitrio* nicht *grauir*et noch beſchweret werden. add. Brunnem. *Conſ.* 53. vbi in materia ſimili, diſtributionem Collectarum a maiori prouincialium parte factam ſingulis non praeiudicare, idem docet et praeiudicio comprobat: Weil dann, ohne euren Bewuſt und Willen, ſothane Austheilung gemacht worden, kan ſie euch auch nicht praeiudiciren, ſondern ihr ſeyd an Ew. Chur-Fürſtl. Durchl. euch zuberuffen, wohl befugt. Idemque tradit Myler. *de Princip. et Statib. Imp. Cap.* 79. §. 9. *in fin.* ſi quis per Vota Conſtatuum ſupra facultates ſuas obligaretur, S. Caeſareae Maieſtatis Auguſtum Officium implorandum eſſe.

§. II.

Quando itaque Subſidium certae ſummae Caeſari praeſtari per maiora placuit, ſingulos ratam ſuam ad quantitatem illam conferre conuenit, pro ratione bonorum, prout in matricula Nobilium deſcripta extant. Enimuero eſt illa matricula cataſtri quaſi loco, ſingulorum vires, vt in materia collectarum ad eandem recurri poſſit, exprimens, ita de inclyta Nobilitate Franconica Orths Rhön und Werra certus ſum, Anno 1608. 7. Sept. hanc ſibi legem conuentionis dediſſe: Daß jedes wohlgedachten Mitglied, mit eigener Hand, oder auf den Fall ſolches nicht ſchreiben könte, durch ſeinen hierzu

erbete-

erbetenen Agnaten, für ſich alle ſeine Erben, Erbnehmern, Lehnsfolger und Nachkommen, in ein ſonderbar darzu verfertigtes Buch, ſeinen Nahmen, Beſitz, Stadt, Marckflecken, Schlöſſer, Dörffer und Höff, ſo vor freye Adeliche Güter, zu dieſem Orth gehörig, erachtet, in ſpecie verzeichnen, darbeneben, wie viel tauſend oder hundert Gülden jedes, dieſer Zeit Beſchaffenheit nach, wohl würdig, ſetzen ſolle. Imo quoniam iuxta communem denarium, nach dem gemeinen Pfenning, Nobiles Collectas, ſubſidiaque ſua ſoluunt, et colligunt, vti allegant Imperii Status in Voto ſuo apud Klockium *lib.* 2. *de Ærario cap.* 53. *n.* 29. ibi: Der Ritterſchafft halben habe es kein Bedencken, weilen ſie ohne das ihre Anlagen dem gemeinen Pfenning nach anſchlugen, hinc non immobilia ſaltem, et ſiue allodialia, ſiue feudalia, ſed et mobilia, nomina, omnesque patrimonii vires in diſtributione Subſidii computanda ſunt. vid. Rec. Imp. Spir. *de Anno* 1544. §. Und nehmlich ſollen etc. ibi: von allen ihren beweglichen und unbeweglichen Haab und Güter, ſie ſeyen lehen oder eigen: Sic, vt non niſi veſtimenta, res expeditoriae, et pretioſa ſterilia, excipi debeant: Rec. Imp. Spirenſ. *de Anno* 1542. §. Doch ſollen in ſolchen Anſchlag eines jeglichen Kleider, Kleinodie, Silbergeſchirr, und anderer Haußrath, deren ein jeder, ſeinem Stand und Weſen nach, ſich gebrauchen, nicht wohl entbehren kan. Item ihre Pferde, dergleichen auch andere Wehr und Harniſch,

niſch, auch Geſchütz, Pulver- und andere darzu behörige Munition nicht anſchlagen, aber ſonſt nichts anders von dieſer Anlag ausgenommen werden; It. Rec. de Anno 1544. §. Doch ſollen.

§. III.

Quemadmodum vero Principes aliique Status Imperii non amplius ex camerae ſuae prouentibus Collectas imperiales exſoluunt, ſed quatenus quemlibet ſua ab Imperio aſſignata portio tangit, ſubcollectandi ſubditos ſuos facultatem habent, vt patet ex Receſſibus Imp. Wormatiae *de Anno* 1495. Auguſtae *Anno* 1500. Coloniae *Anno* 1512. iterum Auguſtae *Anno* 1518. Norimbergae *Anno* 1522. *et Anno* 1524. Spirae *Anno* 1544. Ratisbonae *Anno* 1557. adeo, vt teſte experientia, licet ſoluendo ſint Principes, tamen totum contributionis onus ſubditis incumbat, vid. Fritſch. *in Addit. ad Limnaeum lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 54. Myler. *de Princ. et Stat. Imp. cap.* 97. §. 15. Ita et Nobiles ad feliciorem promiſſi Subſidii Charitatiui ſolutionem ſubditos ſuos ſubcollectare poſſe, nullum eſt dubium, modo etiam ſubcollectando non excedant legitimum modum, et ſuam quoque ad ſubditorum Collectas ratam conferant. vid. Rec. Imp. Spir. *de Anno* 1542. §. Demnach haben wir, ibi: von ihr und ihrer Unterthanen Vermögen bezahlen etc. et Priuilegium Ferdinandi I. (quod iam in praecedenti capite §. IV. tetigi, Ao. 1542. Rhenanae Nobilitati datum apud Limn. *lib.* 6. *cap.* 3. §. Und derowegen etc. alſobald ihre Unterthanen, nach Ordnung und Aus-

Ausweiſung unſers zu Speyer dieſes lauffenden Jahrs ausgangenen Mandats, in Geld belegt, daſſelbe von ihnen eingezogen, und ſambt ihren ſelbſt mitleydlichen Hülffe-Geld, alles überantwortet. add. Burgmeiſter in tract. von des unmittelbaren freyen Kayſerlichen Reichs-Adels, der dreyen Ritter-Crayßen in Schwaben, Francken und am Rhein-Strohm, ſonderlich aber in Schwaben urſprünglichen *Immedietät*, *Praerogativen* etc. *pag.* 27. Knipſch. *de Nobilit. Immed. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 170. vbi teſtatur, ſolitos fuiſſe Nobiles et ſuam et ſubditorum ſuorum portionem ad communem caſſam in praeſentia der Ritter Truhenmeiſter inferre (einſchütten,) ne ipſorum facultatum et patrimoniorum vires propalarentur et aliis innoteſcerent.

§. IV.

Illud maxime in fauorem immediatae Nobilitatis hic notandum venit, quod per bene multa ſpecialiſſima Priuilegia Imperatorum, quae ordine refert Knipſch. *de Nobil. Immed. lib.* 3. *cap.* 7. omnium Nobilium liberorum territoria, diſtrictus, ditiones, caſtra, oppida, pagi aliaque ipſorum bona omnia pro vno corpore haberi ac iudicari, et ſi quaedam exinde alienentur, vel in Statuum ſuperiorum vel inferiorum manus alio quocunque modo deueniant, non ſaltem poſſint, ſi velint, reliqui Nobiles retrahere et redimere, ſed et, ſi non redimantur bona, noui illorum poſſeſſores, cuiuscunque etiam ſtatus aut conditionis fuerint, Collectas et contributiones ad caſſam Nobilium liberorum, nullo

Digitized by Google

alio priuilegio obſtante, deferre debeant: Cum enim, experientia teſte, plurima Nobilium bona, quia libera ſunt, in alios Status ſuperiores pariter ac inferiores per alienationes aliosque titulos facile tranſire ac transferri ſoleant, certe niſi prouide Ordini Nobilium cautum proſpectumque fuiſſet, noui bonorum poſſeſſores contributiones et Collectas exinde debitas ad Caſſam Nobilitatis conferre omnino recuſarent, ex quo ſi non ipſe Ordo Equeſtris tandem interiturus eſſet, hoc tamen incommodum certo eueniret, vt Imperatori impoſterum et imperio, in caſu neceſſitatis tantum, quantum hactenus, Subſidii Charitatiui nomine praeſtari non poſſet.

§. V.

Quare etiamſi ad Principem Statumque Imperii aliquid de bonis Nobilium peruenerit, hunc caſu contingente, ad Subſidium Charitatiuum concurrere oportebit, quia quae ſemel Ordini Nobilium incorporata ſunt, eiusdem caſſae vi priuilegiorum Caeſareorum perpetuo quaſi affixa manent, et cum qualitate ſua ad quemcunque poſſeſſorem tranſeunt. Ita enim ſonant verba priuilegii, quod Nobilitati immediatae Franconicae ab Imperatore Rudolpho II. Anno 1609. conceſſum eſt, apud Knipſchild *cit. loc.* Daß alle und jede unſere und des H. Reichs hohe und niedere, geiſtliche und weltliche Stände, von denjenigen Gütern, ſo Zeit der Contribution, zu der gemeinen freyen Ritterſchafft in Francken, vertreten worden, und ſie, die Stände, allbereit

reit innhaben, oder noch künfftig bekommen möchten, die gebührliche Steuer- und andere zu des Ritterſchafftlichen Weſens Unterhalt, per maiora unter ihnen bewilligte Anlagen, jedesmahl auf ihr, der Ritterſchafft, ausſchreiben, ihren verordneten Truhenmeiſtern, ohne einige Ausflucht und Wiederrede, lieffern laſſen, und davon weder Lehen oder eigen, noch auch Geiſtliche oder Weltliche, ſo wohl anſehnliche als gemeine Güter von Herren, Stands- oder Ritters-Perſonen, ſo entweder durch andere Stände erkaufft, oder ſonſten überkommen, auch die Lehen, ſo entweder als apert heimfallen, oder aber verwürckt, oder in andere wege alienirt werden, gar nicht unterſchieden, oder ausgeſchloſſen ſeyn ſollen: eodemque fere modo legitur in Priuilegiis, quae Nobilitati immediatae Sueuicae, ordinique Equeſtri Rhenano et Wetterauico conceſſa ſunt, et praeter Knipſchildum *cit. loc.* Limneus *de Iur. Publ. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 53. *et* 62. exhibet. Enimuero cum ipſi Imperatores in Capitulationibus promittant, quod ſi bona quaedam ad ipſos ſucceſſione alioue titulo ſint peruentura, onera iisdem annexa praeſtare velint, prout in Capitulatione Sacratiſſimi IOSEPHI *art.* 31. legitur: Auf den Fall zukünfftiger Zeit, Fürſtenthümer, Graffſchafften, Herrſchafften, Pfandſchafften, und andere Güter, dem heiligen Reich mit Dienſtbarkeiten, Reichs-Anlagen, Steur und ſonſten verpflichtet, deſſen Iurisdiction unterwürffig und zugethan, nach

Abſterben dero Inhabere, Uns durch Erbſchaff-ten, oder in andere Wege, heimfallen, oder auff-wachſen, und Wir die zu Unſere Handen behalten, oder, mit Vorwiſſen und Bewilligung der Chur-Fürſten, andern zukommen laſſen würden, oder, da Wir dergleichen allbereit in unſere Händen hätten, davon ſollen dem heiligen Reich ſeine Recht und Gerechtigkeiten, Anlagen, Steuren, und andere ſchuldige Pflichten, wie darauff hergebracht, in dem Crayß, dem ſie zuvor gehöret haben, hindan geſetzt aller praetendirten Exemtion, geleiſtet, abgerichtet, und erſtattet, auch ſolche Land und Güter bey ihren Priuilegien, Recht und Gerechtigkeiten, in Geiſt- oder Weltlichen Sachen, dem Inſtrumento Pacis gemäß gelaſſen, geſchützet und geſchirmet werden; add. *L. Si diuina* 8. *C. de Exaction. Tribut.* certe Principes quoque, ſi ratione bonorum, quae a Nobilibus acceperunt, in partem Collectarum vocentur, hoc aegre ferre nequeunt: cum etiam, quando Clerici et Eccleſiae bona Laicorum ſibi comparant, praecipue in territoriis Statuum Euangelicorum, conſuetis oneribus ſubiecta maneant, Dn. Rhetius, *ad lib.* 1. *Feud. Tit. I. pag.* 79. Meiſchner. *Tom.* 2. *lib.* 2. *Dec.* 3. *num.* 21. vid. *Can. ſi tributum. Cauſ. Quaeſt.* 1. *et Can. Tributum. Cauſ.* 23. *Quaeſt.* 8.

§. VI.

Neque vero his obſtat, quod Nobilium immediatorum bonis, nullum certum Collectarum onus adhaereat,

reat, ſed illa ab omni omnino etiam Turcicarum atque adeo extraordinariarum contributionum onere libera et exemta, hocque nomine ab aliorum Statuum bonis, quibus certa quota aſſignata, diſtincta ſint, dum, vt in ſuperioribus dictum eſt, in partem Collectarum Imperialium vna cum Statibus non vocantur Nobiles, ſed a Caeſarea Maieſtate clementiſſime rogati, in ſubſidium ſaltem, non per modum Collectationis concurrunt, vnde porro dicendum videbatur, ſi bona huiusmodi plane libera alienentur, cum libertate illa ad poſſeſſorem tranſeant, atque adeo nouus poſſeſſor in Subſidium Charitatiuum non conſentiens, voluntario hoc contributionis onere non grauari poſſit, neque inuitus quid conferre teneatur. Enim vero vel ideo priuilegio opus erat, ne ſub hoc colore noui bonorum Nobilium poſſeſſores oneri Subſidii Charitatiui ſe ſubtraherent, quod ſi liceret ipſis, quicunque extra Ordinem Equeſtrem conſtituti ſunt, et maxime vicini potentiores, nullam non operam darent, quomodo bonis Nobilium ſemet ditarent, quo ipſo paulatim bonis ſuis exuerentur Nobiles, et prout iam ante dictum eſt, ſubſidia cum notabili Imperii detrimento diminuerentur. Praeterea vtut Nobilium praedia non in ſpecie ad certam Collectam adſtricta ſint, ea tamen ipſa, vti bene obſeruat Knipſchild. *d. cap.* 7. *n.* 22. Caeſareae Maieſtati indefinite ratione iuris exigendi aliquam Collectam, ex diſcretione Ordinis Equeſtris, determinandam, deuincta comperiuntur, in qua qualitate ad alios quoque poſſeſſores, eadem tranſire aequum eſt.

§. VII.

§. VII.

Itaque licet Nobilis bona ſua nominatim ab omnibus oneribus libera vendidiſſet, non tamen libertatem a Subſidio Charitatiuo, ſi quod a maiore Nobilitatis parte fuiſſet promiſſum, vendidiſſe intelligitur, per ea, quae tradunt Carpzou. *lib.* 4. *Reſp.* 79. Meu. *Part.* 3. *Dec.* 189. *et Part.* 9. *Dec.* 23. Frantzk. *ad tit. ff. de Action. Emt. n.* 169. Caballin. *de Euict.* §. 5. *n.* 72. imo ſi forte hac lege venditio facta eſſet, ne ſubſidium illud emtor, ſed venditor praeſtaret, caſſa Nobilium tamen, fundatam aduerſus emtorem intentionem retineret, per text. expreſſ. *in l.* 2. *et tot. tit. C. ſine cenſu vel reliquiis fundum comparari non poſſe*, quoniam perpetua regula eſt, quae in *d. l.* traditur: *Neceſſe eſt, qui comparauit, cenſum rei comparatae agnoſcere.* vid. Rauchbar. *P. I. Quaeſt.* 18. *n.* 8. Lauterb. *Coll. Theor. Pract. tit. ff. de Action. Emt. et Vend. Th.* Quin etſi in Statum Imperii alienatio facta fuiſſet, atque hic bona ſuo cataſtro inſeruiſſet, adhuc tamen illa bona, vigore praedictorum Caeſareorum priuilegiorum, Nobilium caſſae affixa manerent, cum et alias ne per alienationes bonorum aliquid in praeiudicium cataſtri contingat, in quo bona inſcripta reperiuntur, conſtitutionibus Imperii cautum ſit. vid. A. B. Carol. IV. *Tit.* 10. §. 2. verb. *ſub bonorum conditione conſueta etc.* it. *ad priſtina ac conſueta iura* etc. Capitul. LEOPOLD. *art.* 32. et IOSEPH. *art.* 31. Hinc cum Senatus liberae et Imperialis Ciuitatis Suinfurtenſis ratione bonorum in Madenhauſen, quae quondam a Nobilibus

bus de Maſpach ſibi comparauerat, Collectas ad Caſſam Nobilium conferre ideo recuſaret, quod bona illa cataſtro ciuitatis iam eſſent inſcripta, Facultas Juridica huius Academiae ad requiſitionem Nobilitatis Franconicae inter alia hoc modo reſpondit: Hat demnach der Stadt Schweinfurth das gekauffte Schloß und Dorff, ſambt Zugehör, anders nicht gelieffert werden, oder ſie ſelbiges in Beſitz bekommen können, als mit der darauff hafftenen Ritter-Steur, cum non obſtante conuentione, onera et tributa tam vetera quam noua ſequantur poſſeſſorem *L. Rei annonariae* 2. *ſeq. C. ſine cenſu et reliq.* Brunnem. *ad d. l.* 2. *n.* 2. *et ibi alleg.* folglich ihr nicht frey geſtanden, wider das Ritterſchafftliche Priuilegium, auch andere des heiligen Reichs Geſetz und Ordnungen, den Anſchlag der Ritter-Steur zu verringern, und was der Ritter-Truhen gehörig, ſolches anderer Orthen hin, und zu der Stadt Cataſtrum zu ziehen, ſondern es iſt ſolche contra Leges eigenmächtig vorgenommene Translocation an ſich ſelbſten null und nichtig.

§. VIII.

De bonis feudalibus Nobiles inter et diuerſos Imperii Proceres, inprimis inter Ducem Würtenbergiae et Nobilitatem Sueuicam, nec non inter Comitem de Caſtell et Cantonem Nobilitatis Franconicae Rhön und Werra, controuerſia non leuis eſt: *An, ſi illa rurſus ad dominum interitu familiarum, fe-*

lonia, aliaue ratione fuerint deuoluta, hic Collectas illas, quas Vaſalli interim ad Caſſam Nobilitatis feudi nomine contulerunt, continuare atque adeo, quoties Subſidium Charitatiuum fuerit promiſſum, ipſe quoque ratam ſuam conferre debeat? Sane facere videntur pro Nobilibus verba priuilegiorum, quae ſupra tetigi, clariſſima de ipſis quoque feudis concepta, ibi: Ohne Unterſcheid der Güter, ſie ſeyen leben, oder eigen etc. Die leben fallen als apert anheim, oder werden verwürckt, oder in andere wege alienirt, es ſeye auff was Weiß, und Geſtalt, es immer wolle, et videtur quoque, quantum oblata feuda attinet, res eſſe in confeſſo, vt ſi domino fuerint aperta, hic illas ipſas Collectas praeſtare porro debeat, quas Vaſallus interim caſſae Nobilitatis intulit: cum enim ne quidem per omnimodam alienationem bona Nobilium immediatorum a Charitatiui Subſidii onere liberari queant, ſed caſſae et cataſtro Nobilium affixa maneant, vti iam ante demonſtratum eſt, certe nec per oblationem in feudum, ſeu dominii directi translationem id fieri poterit. Hinc cum Anno 1615. inter Commiſſarios Electoris Palatini Philippi et deputatos Nobilitatis praeſertim Rhenanae, ſuper horum grauaminibus ageretur, et hi praeter priuilegia Caeſarea hac in re vrgerent: Es were beweißlich, daß viel eigene freye Güter zu Leben dem Herren auffgetragen worden: Electorales Commiſſarii reſponderunt: Wenn ſolches erwieſen, daß freye Güter zu Leben angetragen, und dieſelbe hernach dem Herren heim-

heimſielen, were es billich, daß von ſolchen Gütern, die Schatzung entrichtet werde, vti ex Protocollo MSS. amicabilis illius tractationis ſe didiciſſe refert Magnif. Dn. Hertius *de Feud. Oblat. Part.* 2. §. 45. add. Capitul. IOSEPHI *art.* 3. ibi: Wegen rechtmäßig hergebrachten reſpectiue Steuren, Zehenden, und andern gemeinen Bürden und Schuldigkeiten, weder unter dem Praetext der Lehen-Herrſchafft, noch einigen andern Schein eximiren und befreyen, noch andere ſolches geſtatten, iung. Dn. Rhetius *in Comment. ad ius Feud. lib.* 1. *tit.* 1. *pag.* 47. *et ſeq.*

§. IX.

De datis feudis quaeſtio longe grauior eſt. Nam licet Priuilegia Caeſarea generaliter et citra diſtinctionem feudorum loquantur: ibi: Je und allweg auff der Ritterſchafft ausſchreiben, ihren verordneten Truhenmeiſtern, die Steur lieffern laſſen ſollen, ohne Unterſcheid der Güter, ſie ſeyen Lehen, oder eigen, geiſtlich, oder weltlich, die Lehen fallen als apert heim, oder werden verwürckt, oder in andere Wege alieniret, vnde dicendum videbatur idem in datis, quod in oblatis hac in re ius eſſe, vt ſi quae domino fuerint aperta, hic easdem Collectas, quas Vaſalli interim Caſſae Nobilium ſoluerunt, praeſtare quoque debeat, maxime cum quibusdam Priuilegiis Caeſareis, quae ad verbum refert Limneus et Knipſchildus *cit. loc.* clauſulae derogatoriae, quae omne ius contrarium, conſuetudines

et exemtiones, irritant et caſſant, additae ſint his verbis: Da auch ſchon einer, oder der ander, was Standes, Würden, oder Weſens der ſey, ein ander Herbringen und Gewohnheit, oder einige Freyheit, oder Gerechtigkeit, Exemtion, Statut, oder Ordnung hiewieder fürwenden, und ſich dadurch des Beſteurens der Ritterſchafft, von einem, oder dem andern Gut, wie jetzt ſpecificiret, entſchütten wolte, ſo derogiren wir ſolchem allem hiermit etc. Tamen non deſunt argumenta, quae in contrarium Principes aliique feudorum domini allegare valent: Etenim conſtat, quoties feudum domino aperitur, illud eo modo, qualitate et quantitate, conditione ac iure ad dominum reuerti, vti in prima conceſſione et inueſtitura ad Vaſallum peruenit, et quicquid interim facto Vaſalli oneris vel ſeruitutis acceſſit, id omne, et ſi per longa tempora perſeuerauerit, ipſo iure diſſolui, cum per Vaſallum feudi conditio melior quidem, ſed non deterior reddi poſſit, text. expreſſ. 2. *Feud.* 8. §. *rei autem*, ibi: *domino autem, etſi per longa tempora perſeuerauerit, ſeruitus minime noceat*, *et* §. *econtrario*, ibi: *meliorem namque etc.* Neque obſtare aiunt, quod ex Priuilegiis Caeſareis iam relatum eſt, id enim ſaluo iure tertii intelligendum eſſe, cum iuri alterius quaeſito ne quidem a ſummo Principe, tametſi plenitudine poteſtatis vti velit, derogari queat: Vasquius *Part.* 1. *Controu. Illuſtr. cap.* 5. *n.* 5. Goedd. *Conſ. Marp.* 16. *n.* 121. 206. *et* 226. Neque praeſumendum eſſe, Statuum iuribus Caeſares quid detrahere voluiſſe,

Digitized by Google

ſe, cum aliud in Capitulationibus promittant. vid. Capit. Ferdinandi I. II. III. IV. LEOPOLDI et IOSEPHI *art.* 3. ibi: **Auch andern Fürſten, Prälaten, Grafen, Herren und Stände etc. bey ihren Hoheiten, geiſt- und weltlichen Würden, Rechten, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt, noch ſonſten jeden, nach ſeinem Stand und Weſen, verbleiben laſſen:** Praeterea exempla quoque praememoratis priuilegiis contraria extare, et durum admodum fore, ſi hac ratione ius collectandi Nobiles in territoriis Statuum, et aduerſus ipſos Status exercere poſſent. Knipſchildus *de Nobilit. Immed. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 64. diſtinguendum cenſet, an bona illa feudalia ante infeudationem, matriculae Imperii cum aſſignatione taxae, fuerint inſerta, an ſecus, vt illo caſu libera a Collectis Subſidioque Charitatiuo redeant ad dominum, quippe qui duplici alias onere grauaretur, quod bona fides non patitur, hoc vero, bona Collectarum ſolutioni obnoxia maneant. Ego vero ſubſiſto, et maioribus rem decidendam relinquo.

§. X.

Quia tamen admodum probabilis hac in controuerſia inter data et oblata feuda diſtinctio eſt, quaerere libet, quando Ordo Equeſtris oblatum, dominus vero datum eſſe feudum praetendit, cui probatio incumbat? Equidem Nobilibus probandi onus quis ideo iniungeret, quod proprium magis, quam improprium feudum (quorſum etiam oblatum refert

Wurmſer. *lib. de Feud. Improp. Concl.* 3. *Sect.* 9. *p.* 281.) in dubio praeſumendum ſit, ſed quoniam etiam oblatum feudum, vtut non ex liberalitate domini proficiſcatur, recte nihilomnius ad feuda propria refertur, quoniam in feudo oblato qua tali nihil occurrit, quod a communi feudi natura recedit, vti ſolide docent Celeberr. Dn. Hertius *de Feud. Oblat. p.* 2. §. 1. *et* 4. Dn. Rhet. *in Comment. ad* 1. *Feud.* 1. *p.* 49. Tabor *Ichnogr. Feud. p.* 1. §. 7. modus autem habendi formam feudi non ingreditur, maxime cum etiam feudum oblatum beneficium dici queat, potius domino feudi probationem incumbere inde videtur, quod feudorum oblatorum maxima per Germaniam pars ſit, vt aſſerere cum aliis non dubitem, pleraque feuda, exceptis iis, quae ab Imperio recognoſcuntur, eaque opimiora, et in ſpecie Nobilium feuda oblata, pauca ſaltem et exigui pretii ſupereſſe in praemium conceſſa. vid. praelaud. Dn. Hertius *d. tr. p.* 1. *per tot. et p.* 2. §. 43. Rhet. *ad lib.* 1. *Feud.* 1. *pag.* 45. Niſi in hac controuerſia diſtinguere malis inter bona feudalia, quae in vel extra territorium domini ſunt ſita, vt priori caſu ex gratia et beneuolentia Domini propter Vaſalli benemerita, feudum datum cenſeatur. Poſteriori vero, cum extra territorium dominium non praeſumatur, pro oblatione in feudum praeſumtio facienda ſit, maxime iis in locis, vbi Nobilium libertas viget. Ita verſus Rhenum et in Franconia ante annos non ita multos praeſtantiſſimarum familiarum ditiones fuiſſe allodiales, pridem retulit Generoſiſſ. a Gemmingen apud Beſold. Theſ. Pract. verb. Reichs-

Stän-

Stände ibi: Es iſt beweißlich, und gehe man von einem Stamm-Hauſe zum andern, ſo wird man befinden, daß noch vor 200. oder 150. Jahren, alle Stamm-Häuſer allodial geweſen, und ſeither allererſt mehrers Schutz und anderer Urſachen wegen, poſt tempora Rudolphi I. zu Lehn auffgetragen worden. vid. Dn. Rhet. *in Comm. ad Ius Feud. lib.* 1. *Tit.* 1. *n.* 27. Beſold. *Theſ. pract. c. l.* vbi in hanc quoque diſtinctionem pronus ſcribit: Daß die freye Adeliche Güter, ob ſie ſchon von einem andern Stand zu Lehen rühren, wenn ſie jedoch der Lands-Fürſtlichen Obrigkeit nicht unterworffen, ſondern dem Römiſchen Reich quoad appellationem, contributionem und in allwege immediate zugethan, ſeye hieraus zu mercken, daß ſolche nicht de territorio desjenigen Landes oder Herrſchafft, davon ſie zu Lehen rühren, zu achten, ſondern allein freywillig angeſetzt, oder auffgetragene feuda et quoad protectionem ſolum, mit dem territorio domini feudalis vnirt worden. Quanquam etiam in ipſis dominorum territoriis multa oblata feudi reperiri, experientia teſtis ſit.

§. XI.

Illud quaeſtionis eſt, ſi Comitis dignitate mactetur Nobilis, inque Statuum numerum recipiatur, ac bona in Comitatum vel Baroniam erigantur, anbona, quae Ordini Equeſtri libero ſemel incorporata ſunt, a Subſidii Charitatiui onere eximantur? Equidem non deſunt, quae pro exemtione militant, argumenta proba-

probabilia, quae ordine refert Knipſchild. *de Nobil. Immed. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 72. *ſeq.* ſed quoniam, quae ante memoraui, priuilegia admodum generalia ſunt, omnemque alienationem actumque prohibent, quo bona Nobilium a ſubſidiis ad caſſam Nobilitatis defeṙendis eximuntur, ne vlla ratione minuantur Ordinis Equeſtris vires et labefactentur, ibi: Oder in andere Wege alienirt, es ſeye auff Weiß und Geſtalt es immer wolle, imo ne bona ordini huic ſemel incorporata in matriculam Imperi recipiantur, caſſaeque Nobilium ſubducantur, diſerte cautum reperitur in Receſſu Imp. Auguſtano *de Anno* 1548 §. Desgleichen ibi: und das Gut hohen Königsberg, als ein frey unſteurbar Edelmanns-Gut, in des Reichs Anſchläg nicht gezogen werden ſoll, prout, ne nouae dignitatis conceſſione alicui praeiudicium fiat, in Capitulatione prouiſum eſt, Capit. IOSEPHI *art.* 43. Celeberr. Dn. Schweder *Introd. in Iur. Publ. part ſpecial. ſect.* 1. *cap.* 7. §. 2. defendi omnino poteſt, Nobilitatem aduerſus Comitem intentionem ſuam retinere fundatam, vt, quae matriculae Nobilium inſerta bona ſunt, in ſtatu illo permaneant, et quae illorum nomine caſſae Nobilium hactenus illatae fuerunt Collectae, praeſtari porro debeant. vid. Knipſchild. *cit. loc. n.* 72. vbi hanc controuerſiam inter Ordinem Equeſtrem Sueuiae ad Danubium et Cocharum, ac Caſparum Bernhardum, Comitem a Rechberg, reſpectu Aichen et Hohen-Rechberg pro et contra prolixe examinat. it. Dn. ab Andler *Iuriſpr. Nouiſſ. lib.* 2. *Tit.* 32. *per tot.* Imo hodie quaeſtionem de erectione bonorum Equeſtrium

Digitized by Google

ſtrium in Comitatum cum translatione Collectarum ad circulum quendam Imperii contra Nobiles fruſtra amplius moueri, ceu ſatis clare per priuilegium a Glorioſiſſimo Imperatore LEOPOLDO Anno 1688. die 21. Iulii deciſam bene obſeruat Dn. Scwed. *Introd. in Ius Publ. part. ſpec. ſect.* 2. *cap.* 18. §. 11.

§. XII.

Eſt et haec pertinens quaeſtio? An Nobilis immediatus in diuerſis diſtrictibus, **in unterſchiedenen Vierteln, oder Ritter-Orthen,** bona libera poſſidens in loco domicilii omnium iſtorum bonorum nomine, an vero in ſingulis circulis ſeu diſtrictibus, vbi bona iſta ſita ſunt, contributiones ſoluere teneatur? Aff. poſterius, agri enim tributum in eo territorio, vbi poſſidetur, leuari debet *l. un. C. d. mulier. in quo l.* 4. §. 2. *ff. de Cenſib. ibique Brunnem. n.* 4. Frider. *lib.* 2. *de Mandat. cap.* 4. *n.* 11. Bocer *de Collect. cap.* 9. *n.* 7. Graeuen 2. *Concl.* 53. *Conſid.* 1. *n.* 3. Card. Tuſch. *Pract. Concl. Lit. O. Concl.* 133. *n.* 3. Knipſch. *dict. cap.* 7. *n.* 264. *et ſeq.* Ita inclyti Nobiles de Gemmingen tam in circulo Franconico et Sueuico, quam Rhenano, multa poſſidentes bona nobilia, non in loco domicilii, ſed vbi quaeque iſtorum bonorum ſita ſunt, contributiones ſoluunt. Pariter in circulo Sueuico Nobiles de Thumben, ratione **Ringen**: de Wernau, ratione **Wieringen, Dipſen und Phauhauſen**: De

 Cloſ-

Cloſſen, ratione Kihlberg und Wancken: De Stockheim, ratione Schwiberting Cantoni ad Neckeram contribuunt, ratione vero bonorum alibi ſitorum, in loco, vbi ſingula ſita ſunt, Collectas exſoluunt. Sic memorati Nobiles Thumbem, ratione Dürndorff und Groſzeiſzlingen: De Cloſſen, ratione Stetten, Ahlberg und Schönbach. De Wernau, ratione Mihlhauſen ad Neckeram: De Stockheim, ratione Mihlhauſen an der Furen Cantoni Kocher contributiones debent. Ertel von des Heil. Römiſchen Reichs ohnmittelbahren freyen Ritterſchafft etc. *Obſ.* 22. Cum enim eiusdem rei eorundemque bonorum reſpectu vnum et eundem bis et in diuerſis locis collectari prorſus iniquum ſit, per Rec. Imp. zu Augſpurg *de Anno* 1541. §. und nachdem etliche Stände. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 158. Brunnem. *Conſ.* 57. *n.* 39. potius vbi res ſita eſt, quam vbi domicilium habet Nobilis, Subſidium praeſtari, ratio iuris poſtulat. Myler. *de Princip. et Stat. Imp. cap.* 62. §. 12.

§. XIII.

Illud in hoc capite ſubiicere libet, in colligendo Subſidio non vnice ad bona, ſed maxime ad illorum fructus quoque, et quantum commodi inde de praeſenti percipiat Nobilis, reſpiciendum eſſe. Nam ſi vel ampliſſima in cataſtro, Nobili alicui adſcripta bona ſint, ſi tamen vel parum vel nihil inde fructuum percipiat,

Digitized by Google

cipiat, Subſidio Charitatiuo ipſum exonerari aequum eſt. Collectae enim rebus, ſeu perſonis propter res earumque fructus imponuntur, quae ſi ceſſent et Collectas ceſſare rationis eſt. *l. in dictiones* 3. *C. de annon. l.* 2. *C. d. ann. et trib. l. vlt. C. de immun. nemini conced. l.* 1. *C. d. muner patrim.* hinc ſi praedia a flumine inundentur et pereant, ex aeſtimo delenda eſſe, recte docuit Nicol. Feſt. *Part.* 1. *de Collect. n.* 30. et ſi ab hoſte teneantur bona, vltra rerum ſuarum, quas adhuc poſſidet, minime collectandum quem eſſe, bene ſtatuunt Brunnem. *Conſ.* 53. *n.* 11. Gail. 3. *Obſ.* 21. *n.* 18. Mynſ. *Cent.* 3. *Obſ.* 34. ſed et ſi poſſideat quidem quis bona ſua, ſi tamen, quae hoſti praeſtare cogitur onera, fructus omnes abſumant, vlterius ipſum propter bona onerandum non eſſe, ICti Francofurtenſes reſponderunt apud Brunnemannum *cit. Conſ.* 53. *n.* 42. ibi: Weil ihr nun von allen euren Vermögen der Cron Schweden contribuiren müſſet, als iſt es unbillig, dafern ihr eben derſelben Güter halben von Euren Herrn Mit-Ständen anderweit collectiret werden ſollet. Et porro *num.* 62. ibi: Ob ihr nun zwar unter Ihrer Churfürſtl. Durchl. Deuotion euch, wie billig, befindet, ſo iſt doch nicht zu leugnen, daß der Stadt Güter von der Cron Schweden, und Dero allhier ſich befindenden Guarniſon, in Contribution dermaſſen geſetzt, daß wohl ſo leicht keiner aus ſeinem Gewerb und Gütern ſo viel nehmen kan, als ihm zu contribuiren aufferlegt wird. Weil nun die Güter von der Cron Schweden collectiret werden,

können ſie nicht noch eineſt in der Churfürſtl. ordinar-oder extraordinar Contribution (dann ein anders iſt, wann ein Theil, Sicherheit halben, etwas beyden Theilen hergiebet,) gezogen werden.

CAPVT SEXTVM.

EFFECTVM, CONTRARIA ET AFFINIA RECENSET.

SVMMARIA.

Effectum promiſſi Subſidii Charitatiui in executiuis remediis ad illud conſequendum comparatis conſiſtere. Recenſentur remedia illa. Non poſſe quempiam aduerſus Subſidium Charitatiuum exceptione Immunitatis ſe tueri. Praeſcriptionem tamen immemorialem allegari poſſe, modo cum bona fide coniuncta ſit: Quod Reſponſo ICtorum Tubingenſium illuſtratur. Ad Affinia huius Subſidii nouam illam Collectae ſpeciem pertinere, quae Aſſignatio dicitur: eius Origo refertur. Idem Subſidium Eccleſiaſticum, et quod ſubditi domino Regionis praeſtant: poſſe hoc etiam Domino iure collectandi deſtituto, ſine conſenſu Superioris decerni.

§. I.

§. I.

EFFECTVS promiſſi Subſidii Charitatiui maxime in executiuis remediis, quae ad illud obtinendum comparata ſunt, reſidet. Quemadmodum enim de iure communi ad Tributa, Collectas, aliaque penſitationum publicarum onera conſequenda executiue agi poteſt, vel vt pignora, pro rata debiti capiantur, et niſi intra praefinitum tempus reluantur, diſtrahantur, *tot. tit. C. de capiend. et diſtrah. pignor. tribut. cauſ.* vel vt res ipſa, cuius nomine Collecta debetur, eiusque fructus pro quantitate oneris ſub haſta modo recepto diſtrahantur *l. fin. C. ſine cenſu vel reliq. l.* 1. *et* 2. *C. ſi propt. publ. penſitat.* vel fructus ſaltem, ſequeſtrentur, vsque dum ſolutio intra ſtatutum diem fiat. Vel mulcta indicatur, aut ſub comminatione mulctae intra certum tempus praeſtandae, Collectae exigantur. Gail. *lib.* 1. *Obſ.* 52. *n.* 20. Bocer. *de Collect. cap.* 13. *n.* 4. Klock. *de Contrib. cap.* 18. *n.* 73. *et ſeq.* Vel manu militari, *l.* 1. *C. de Offic. praef. Aug. Nou.* 17. *cap.* 4. §. 3. *Nou.* 134. §. *Item ſi in prouinciis*, aut etiam per incarcerationem extorqueantur, *l.* 2. *C. d. Exactor. trib.* Klock. *d. l. n.* 110. *et Vol.* 1. *Conſ.* 28. *n.* 462. Ita iisdem remediis aduerſus moroſos Subſidii Charitatiui debitores procedi poſſe, nullum dubium eſt, quoniam ſi non maior, certe non minor Subſidii huius, quam aliarum Collectarum fauor eſſe debet, cum non, niſi in ſingularibus publicae neceſſitatis

caſibus, exigi promittique ſoleat. Probant hoc quoque Reuerſales, quas ſupra in Capite III. §. V. attuli, ibi: Und ihro allenfals Macht und Gewalt ertheilen, gegen diejenige Ritterknechte, welche ſich etwa, in Abtragung ihres Antheils, ſaumig, oder wiederſpenſtig erzeigen würden, mit würcklicher Execution zu verfahren. Illud ſaltem circa executionem monendum duco, moderationem adhibendam, et quodnam remedium pro ratione loci et conditione perſonae conuenientiſſimum ſit, optime prius expendendum eſſe. Sane ſi quiſpiam Principum et Statuum Imperii (nam et hos quoque, ſi bona a Nobilibus immediatis ſibi comparauerint, Subſidio huic obnoxios eſſe, ſupra oſtenſum eſt,) in ſolutione moroſus exiſtat, illum ipſum fere modum adhiberi poſſe arbitror, quem Camera Imperialis aduerſus illos, qui in Collectis pro ſuſtentatione Camerae exſoluendis moras committunt, adhibere ſolet. vid. Rec. Imp. Ratisb. *de Anno* 1654. §. Würde aber 10. *et* §. wegen des *modi exequendi.* Blum. *de Proceſſ. Cam. tit.* 30. §. 17. *ſeq.* vbi in exigendis Collectis in genere proceſſum, qui in exigenda ſuſtentatione camerae praeſcriptus eſt, inpoſterum obſeruatum iri opinatur Myler. *de Princ. et Stat. Imp. cap.* 97. §. 25.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Quantum CONTRARIA attinet, primum ſe offert quaeſtio: *An Nobilis immediatus vel tertius aliquis bonorum a Nobilibus immediatis comparatorum poſſeſſor, aduerſus Subſidium Charitatiuum exceptione immunitatis ſe tueri poſſit, ſi priuilegium aliquod exemtionis ab extraordinariis pariter ac ordinariis allegare valeat?* Et poſſe quidem videbatur, cum immunitas ab omnibus atque adeo extraordinariis quoque oneribus, etiam ad Subſidia Charitatiua ſpectare credatur, prout inter rationes dubitandi legitur apud Illuſtr. Dn. Lyncker. *Cent.* 3. *dec.* 334 ibi: ſey die *Immunität* von allen *oneribus ciuilibus, perſonalibus, realibus, ordinariis et extraordinariis:* Dieſe gehe auch auff die *Inſolita*, und ſo gar auff die *Subſidia Charitatiua: Dec.* 3. *Conſ.* 11. *Klock. d. Contr. cap.* 16, *n.* 50, ſed contrarium fortioribus argumentis apud eundem Dn. Autorem cit. loc. reſponſum eſt, quod et puto verius, cum eiusmodi immunitas aliis Nobilibus vel bonorum Nobilium poſſeſſoribus non poſſit non eſſe nociua, qualem concedi poſſe recte negat Carpz. *in Dec. Illuſtr. part.* 3. *dec.* 263. add. Myler. *de Princip. et Stat. Imp. cap.* 97. §. 24.

§. III.

Praeſcriptio, quin aduerſus Subſidia Charitatiua allegari poſſit, nullus dubito, quoniam plus illa operari

rari valet, quam priuilegium, modo immemorialis ſit, et cum bona fide etiam reliqua praeſcriptionis requiſita concurrant: Hinc ICti Tubingenſes Principi cuidam, qui varia praedia, quae antea ad immediatam Nobilitatem Ordinis Sueuici pertinuerant, et quorum nomine Collectae ad Caſſam Nobilium in die Ritter-truhe antea praeſtari conſueuerant, ſibi comparauerat, ab onere vero illarum Collectarum ſe iure praeſcriptionis immunem cenſebat, ita apud Beſoldum *Theſ. Pract.* verb. Ritterſchafft, inter alia reſponderunt: Jedoch, weil Ihre Fürſtl. Gnaden, unſers Vermuthens, deren bey dieſer Frag, gedachter Güter halb, keinen habilem titulum, immunitatem a Collectis praebentem, einwenden oder fürſchützen können, und an ihm ſelbſt offenbahr, wenn jemand, wer der auch ſeye, von einem freyen von Adel ein Gut eingekaufft, ſo jederzeit der gemeinen Ritterſchafft ſteurbahr, auch der Röm. Käyſerl. Majeſt. und dem heiligen Röm. Reich in viel Weg verhafft geweſt, hierdurch et ex tali mutatione poſſeſſoris, ihme ſelbſt kein Immunität adſcribiren könne, zumahl die Ritterſchafft vielfältige Klagen dagegen eingebracht, und bey der Käyſerl. Maieſt. darwider dienende Priuilegia, Reſcripta und andere Hülffs-Hand erhalten, thun wir unſers Theils ſtarck beſorgen, daß man ex aduerſo defectum bonae fidei, et ita ad praeſcriptionem, etiam immemorialem, roborandam neceſſarium aliquod requiſitum gedeylich fürſchützen werde.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

Ad AFFINIA (1) noua illa Collectae ſpecies pertinet, quae *Aſſignationis* nomen hactenus meruit, qua Status aliqui minores, quique armis minus valent, ac praecipue ciuitates Imperiales, ſub certa ſumma annua in tributum vocantur, vt inde potentioribus Imperii Principibus, ſiue Dynaſtis maioribus, (quibus ius Suprematus tribuit Caeſarinus Furſtenerius *in Tract. de Iur. Suprem. et Legat.*) pro exercitu, quem vltra portionem matriculae alunt, et contra hoſtes Imperii ducunt, vel aliis copiis iungunt, ſatisfactio praeſtetur. Equidem Caeſar hanc determinare ſummam, neque in Comitiis haec ſtatui ſolet, et tamen per hoc conſtitutionibus Imperii vim fieri non putandum eſt, cum in hac ipſa aſſignatoria Collecta ad matriculam reflecti, et ſecundum ipſam quantitas determinari ſoleat, vt non niſi ratione modi a Collecta imperiali, de qua per menſium numerum in Comitiis deliberatur, differre videatur, habetque etiam hic locum, quod Imperator *in l.* 2. *§.* 18. *C. de V. I. E.* ait: *Diuinae quidem res perfectiſſimae ſunt, humani vero iuris conditio ſemper in infinitum currit, et nihil eſt in ea, quod ſtare perpetuo poſſit, multas etenim formas edere natura nouas deproperat.* Enimuero ſi plus aequo, nimisque per aſſignationem ſe grauatum eſſe Status ſentiat, dubium non eſt, quin adaequationem decenter petere et grauamen deprecari liceat, cum aliquem Statum prae alio valde grauari iniquum ſit.

arg. L. ſi libertus 30. *ff. d. oper. libert. l. qui grauatos* 5. *C. d. Cenſib.* vid. Textor *de Iur. Publ. Caeſareo tit.* 12. *n.* 361. vbi initia prouiſionalis huius nouaeque Collectae ad proxime ſuperius ſeculum refert, cum bellum Gallicum cum Turcico flagrare inciperet.

§. VI.

E numero affinium quoque eſt (2) *Subſidium Eccleſiaſticum*, de quo in cap. 1. §. 4. aliquid dictum eſt, nec minus (3) Subſidium Charitatiuum, quod ſubditi Domino Regionis quandoque praeſtare ſolent, cuius in eod. cap. 1. §. 3. mentionem feci: Illud tamen huc addi meretur, quod ſubditi magiſtratui, vel etiam domino iure Collectarum deſtituto, eiusmodi Subſidium ſine conſenſu ſuperioris eiusue, qui ius collectandi habet, pro neceſſitate publica decernere quandoque valeant. Illuſtr. Dn. Lyncker. *Reſp.* 105. *n.* 6. *et* 7. Plura addere non vacat, itaque ſubſiſto, et DEO OPT. MAX. pro conceſſis hucusque viribus ex toto pectore gratias ago humillimas, cui ſoli ſit in aeternum

LAVS, HONOR ET GLORIA.

Digitized by Google

COROLLARIA.

I.

Codicem derogare Pandectis verius eſt.

II.

Collectae Turcicae rectius extraordinariis, quam ordinariis accenſentur.

III.

Collecta regulariter non obtinet mixtam cauſam.

IV.

Sola prohibitio patris impedit matrem tutricem eſſe.

V.

Venationem non iniuſte Principes priuatis interdixerunt, ſibique tanquam Regale reſeruarunt.

VI.

Polygamiae ſpecies, qua plures foeminae vni iunguntur marito, non eſt contra ius naturae.

VII.

Infamis poteſt deferre iuramentum litis deciſorium.

VIII.

Poſſeſſio non tranſit ipſo iure ad heredem.

IX.

Vſufructuarius rem, in qua vſusfructus ipſi eſt conſtitutus, poſſidet ne quidem naturaliter.

X.

Fundamentum actionis Publicianae eſt dominium fictum, non qualificata poſſeſſio.

FINIS.

VA1 152e0P4

Digitized by Google